

# CSIBA BALÁZS

## AZ OLGYAY CSALÁD OKLEVÉLTÁRÁNAK OKLEVELEI<sup>1</sup> 1469–1526

Az Olvasó a FONS hasábjain megjelent forrásközléseimnek folytatását tartja kezében, amelyekben a Pozsony megyei Olgyay család levéltárában őrzött okleveleket publikáltam az 1468-as évig bezárólag.<sup>2</sup> A jelen publikációban 1469 és 1526 közötti források kaptak helyet, amelyek közül eddig csupán négy jelent meg nyomtatásban. A korábbi gyakorlatnak megfelelően most is megtartottam az oklevelek folyamatos számozását, tehát ezúttal a 112-es számmal kezdődnek. A szövegeközlésben az eddig lefektetett szabályokat követem, néhány eltéréssel. Mivel sok oklevél szövege nagyon hiányos, ezért szükségét éreztem annak, hogy a sérült vagy hiányzó részekre felhívjam a figyelmet. Az ilyenekre szögletes zárójelben három hármaspont (*[... ... ...]*) figyelmeztet. A rövidítések feloldása (pl. *v. s.* = *vestra serenitas*) kerek zárójelekkel történt. Ha maga az írnok használt a szövegben zárójelet, akkor erre szövegkritikai jegyzet utal.

A forrásközlésből különböző okokból kihagytam öt oklevelet. Három közülük csonka, ráadásul keltezésükkel kapcsolatban is egyelőre csak találgatni tudnék.<sup>3</sup> Véleményem szerint ezeket akkor lenne érdemes leközlölni, ha a tartalmukról többet ki tudnánk deríteni más oklevelek segítségével. Fennmaradt az Olgyayak levéltárában az ún. rákosi végzés egy újkori másolata is.<sup>4</sup> Mivel jól ismert dokumentumról van szó, nem tartom szükségesnek a másolat publikálását. Kimaradt a nyitrai káptalan valószínűleg egy 1496. évi relációs oklevele. Ennek megindoklását az 131. számú oklevélnél fejtettem ki.

Végül, de nem utolsó sorban, a kézirat elkészülése során nyújtott rendkívüli segítségéért Neumann Tibornak szeretnék őszinte köszönetet mondani. Rajta kívül még C. Tóth Norbertnek tartozok hálával.

- 
- 1 A publikáció elkészítését a Husz János alapítvány ösztöndíja támogatta. Táto štúdia vznikla vďaka štipendiu Vzdelávacej nadácie Jána Husa.
  - 2 Az Olgyay család levéltárának oklevelei (1250–1378). Szerk.: Csiba Balázs. In: Fons XXII. (2015) 1. sz. 103–163. p. Az Olgyay család levéltárának oklevelei (1379–1468). Szerk.: Csiba Balázs. In: Fons XXIV. (2017) 3. sz. 347–402. p.
  - 3 DL 37521., DL 37540. és DL 37544.
  - 4 DL 37577.

### Rövidítésjegyzék

<i>C. Tóth</i> , Főpapi arch.	<i>C. Tóth Norbert</i> : Magyarország késő középkori főpapi archontológiája. Érsekek, püspökök, illetve segédpüspökeik, vikáriusaik és jövedelemkezelőik az 1440-es évektől 1526-ig (A Győri Egyházmegyei Levéltár Kiadványai, Források, feldolgozások 27.). Győr, 2017.
DF	Magyar Nemzeti Levéltár Országos Levéltára, Diplomatikai Fényképtár.
DL	Magyar Nemzeti Levéltár Országos Levéltára, Diplomatikai Levéltár.
Eszterházy oklt.	Az Eszterházy család és oldalágainak leírásához tartozó oklevéltár. Szerk.: Eszterházy János. Bp., 1901.
Monast.	monasterium.net
MS	Magyar Sion
Pozsonyi kpt. hh. lt. / HmBk	Pozsonyi káptalan hiteleshelyi levéltára / Hodnoverné miesto Bratislavská kapitula.
SNA	Slovenský národný archív, Bratislava (Szlovák Nemzeti Levéltár, Pozsony).

## Oklevelek

## 112.

**146[9]. (május 12. után)**

*Váli János pozsonyi kanonok és vikárius megparancsolja Pál magyar plébánosnak és esperesnek, hogy szólítsa fel a felsorolt olgyai nemeseket Borsai György feleségének, Margitnak járó leánynegyed kifizetésére.*

Csonka (jobb alsó sarka hiányzik) papíron (22,5×18 cm). Hátlapon feljegyzés (*Item ista littera est product[a per] Petrum [...]a 22 die [men]sis Februarii.*). DL 37527. (Olgyay cs. lt.).

Iohannes Wal, canonicus ecclesie Posoniensis locique eiusdem vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis honorabili viro, domino Paulo, vicearchidiacono \et plebano/ de Magyar salutem in Domino sempiternam. Exponit nobis denuo nobilis domina Margaretha, consors Georgii filii Simonis de Borsa, de generacione condam Pauli Chwna de Ogya procreata, quod licet nuper, videlicet duodecima die mensis Maii, pro suis iuribus et precipue quarta puellari sibi de medio nobilium, videlicet Iacobi, Martini, Mathie et Michaelis filii Mathie de dicta Ogya servatis de iure servandis sententia solucionis dictorum iurium et persolucionum eorundem iurium usque ad quindecimum diem per nos lata et diffinita fuisset atque promulgata, tamen dicti nobiles animo indurato et contumaci<sup>b</sup>, licet sub edicto sentencie excommunicationis moniti infra <sup>c</sup>dictorum quindecim<sup>c</sup> dierum spacia ipsi, scilicet domine Margarethe minime satisfecissent, nec satisfacere vellent de presenti non formidantes in vinculo dicte sentencie excommunicationis commorari, unde nos per predictam dominam Margaretham humiliter requisiti, ut de remedio iuris optimo, de et super promissa solutione iurium aut in pecuniis, aut in porcionibus possessionariis eidem fienda<sup>d</sup> providere dignaremur. Vobis itaque sub pena salutaris obediencie firmiter mandamus, quatenus mox visis presentibus ad predictos nobiles personaliter accedatis ipsosque amhoneatis, quatenus abhinc usque ad octavum diem de predictis iuribus eiusdem domine modo, quo supra, s[u]b pena rei incidencie excommunicationis satisfacere debeant et teneantur; qui si fecerint, bene [q]uidem, alioquin elapsis [dictis] octo diebus singulis [diebus] dominicis et festivis in vestra e[cc]lesia publice ex[...], denuncietis et faciatis de[nunciari ... ..] habueritis in mandatis [... ..] in uno certo termino infra [... ..] et teneantur rationem cu[... ..]

seriem execucionis nobis [... ..] sabatho die proximo [... .. millesimo] quadringentesimo sexagesimo [... ..].

<sup>a</sup> *Olvashatatlan névalak.* <sup>b</sup> *Szövegben contumacii.* <sup>c-c</sup> *Az írnok először dictum quindecimum-ot írt, majd az utóbbi szót quindecim-re javította, meghagyva a dictum alakot.* <sup>d</sup> *Tévesen fiende.*

Megj.: A parancslevél hátlapján feltüntetett levéltári jegyzetek között szerepel az 1469-es és az 1470-es év is. Ezek közül, mivel 1470-ben (C. Tóth, Főpapi arch. 139. p.), sőt már 1469 végén (ld. 115. sz.) Pulkaui János volt a pozsonyi vikárius, az előbbi tűnik helyesnek.

### 113.

#### 1469. május 16., Pozsony

*Váli János pozsonyi kanonok és vikárius elismeri Tamás deákot néhai Olgyay Csúnya Pál leszármazottjának, ezért a felsorolt olgyai nemesek kötelesek neki elégtételt adni nagyanyja, Zsófia leánynegyede és dédanyja, Ilona hozománya és jegyajándéka ügyében.*

Csonka, szakadozott és lyukas papíron (31,2×23 cm). Szöveg alatt pecsét nyoma. DL 37528. (Olgyay cs. lt.).

Iohannes Wal, canonicus et vicarius ecclesie Poseniensis, necnon ibidem causarum auditor generalis memorie commendamus, tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod nobis de anno Domini infra scripto unacum honorabilibus viris, dominis nostris assessoribus in sede iudiciaria Poseniensi more solito pro tribunali consedissemus et causas coram nobis causancium iudicantibus decima septima die mensis Februarii nobilis Thomas litteratus in figura iudicii pro se personaliter comparuit nostram iudiciariam accedens presenciam tamquam actor ex una, pro Michaele, Mathia, Martino et Iacobo de Ogya tamquam in causam attractis ex adverso principalibus honorabilis et discretus dominus<sup>a</sup> Paulus, plebanus de Magyar cum procuratoriis litteris honorabilis capituli ecclesie Poseniensis comparuit partibus ex altera ipseque actor accionem suam vero in hec verba proponens, quod quia domina Sophia, avia dicti Thome quartam puellarem, necnon dos et res parafernales condam domine Elene, matris dicte domine Sophie de porcionibus universis possessionariis condam nobilis et egregii Pauli Chwna de Ogya habere debuisset, que quarta puellaris, dos et res parafernales in ipsum Thomam tamquam in verum et legitimum successorem sunt devolute, res et

bona cum dicta condam domina Elena, matre scilicet domine Sophie, tempore maritacionis — unus currus cum panno Lewbi tectus, quatuor cussini purpurea tecti, una pluma ex sindone facta duabus subis de pellibus mardurinis, duas thogas de pernisió, duo galleria perlis et gemmis consuta, camisias plures de sindone factas, octo equos, quilibet sedecim florenos valens, tres munillia cum uno peramlo more nobilium valentes, in valore mille florenorum se extendentes<sup>b</sup> — fuerunt date, quas et que bona ad sepissimas ipsius Thome petitiones ipsi in causam attracti solvere recusarunt in dispendium salutis animarum suarum et dicti Thome dampnum et preiudicium non modicum, petens nos idem Thomas prefatos in causam attractos compelli ad solucionem quarte puellaris avie sue, domine Sophie, dotis et rerum parafernalium, necnon bonorum tempore maritacionis cum domina Elena, matre scilicet domine Sophie datorum, in expensis in hac causa factis et fiendis, necnon pro quibus, scilicet mille florenis nolisset pati, aliasque debite iusticie complementum ministrari. Qua accione intellecta prefati in causam attracti animo litem contestandi negaverunt narrata et pecierunt petita fieri non debere. Quo additu<sup>c</sup> prefatus Thomas actor animo similiter litem contestandi accionem suam asseruit esse veram et obtulit se probaturum.

Unde nos exauditis hincinde parcium propositcionibus et responsionibus decernentes commiseramus, ut prenominatus nobilis Thomas litteratus accionem suam prius contentam cum fidedignis testibus aut aliis legitimis documentis, quibus clarius potuisset, octava die mensis Marcii tunc affuturi Posonii coram nobis legitime comprobare debeat et teneatur, quorum testium examen propter longi loci distanciam et ad parcendum expensis parcium et laboribus aliasque legitimas causas certis nostris executoribus duxeramus comittendum.

Quo termino instante prefatus Thomas Posonii coram n[obis i]n iudicio comparendo volens satisfacere termino suas probaciones seu attestaciones produxit pro secunda [...]lacione ibique petens concludi in causas tunc, quo dominus P[aulus, ple]banus de Magiar, nomine procuratorio, quo supra, [... ...] ad producendas quasdam litteras quittatorias [...] adveniente prelibatus Thomas litteratus coram nobis peciit exhiberi litteras in iudicio, [de q]uibus supra fuerat facta mencio, ad satisfaciendum termino, sed att[ract]i in causam minime producerunt dicendo se nullas habere, de quo protestatus est prefatus Thomas, sed quia videntes prefati in causam attracti nil posse obtinere a[lle]-gabant prenominatum Thomam non esse de progenie seu de linia ante dicte domine Sophie, avie sue, et asserebant se illud probaturos tredecima die m[en]-sis Maii et dominus iudex dedit ipsis unam commissionem pro examinacione testium ad partes, termino autem adveniente producerunt eorum attestaciones seu probaciones, que nichil valebant, et sic ambabus partibus amplectantibus et

petentibus concludi in causa<sup>d</sup> finem deb[itu]m imponi volentes nos, Iohannes Wal, canonicus et vicarius ut supra, et cum nos in causa et causis in eisdem per diversos actus processionales primum per citationes et demum per relaciones discretorum dominorum sacerdotum nobis fac[t]as, demum eciam per propositiones et responsiones parcium factas ac tandem per nostros executores vigore litterarum nostrarum commissionalium superinde confectarum per nostros executore[s] testium examinationes et deposiciones et ultimate testium attestatorum ruminaciones et per nostros assessores hincinde magnas revoluciones compertum nobis extitit pretactum Thomam <sup>e</sup>libello suo<sup>e</sup> seu petitioni sue sufficienter rite per nos admittendum<sup>f</sup>, in quibus, scilicet attestacionibus sufficienterque compertum reperimus pretactum Thomam actorem fuisse et esse procreatum ex condam domina Margaretha filia Sophie, filie scilicet Pauli Chwna, sororis vero condam Andre[e] similiter Chwna de Ogya, que fuit consors Petri Zylwas de Bodobar, que scilicet Sophia habuit matrem Elena vocatam, que fuit consors Pauli senioris C[h]wna de Ogya, de quibus quasi ipsi omnes testes concordant, pro eo Christi nomine invocato et solum Deum et eius iusticiam pre oculis habendo inter partes fi[n]em et conclusionem expectantes et petentes dicimus, declaramus, pronunciamus, promulgamus atque sentenciamus et sentenciando diffinimus predictum Thomam actorem fu[i]sse et esse ex predicta domina Margaretha filia Sophie, filie<sup>g</sup> condam Pauli Chwna, sororis vero — ut premittitur — videlicet Andree similiter Chwna progenit[um] et procreatum, et verum nepotem esse in bonis et dotibus et rebus parafernalibus ac eciam quarta puellari et per consequens verus heres et successor conde[m]pnando prelibatos nobiles Michaelem, Mathiam, Martinum ac Iacobum de Ogya ta[m]quam attractos in causam ad omnimodam satisfaccionem faciend[am] de predictis bonis et rebus pretacto Thome litterato [...] quindecim dierum [...] late sentencie sub pena excommunicationis late sentencie, quam [in] his scriptis ferimus, exinde perpetuum silencium [... ..]a nichilominusque in expensis in hac lite legitime factis pre[n]otatos condempnantes et tenore presencium condempnamus [... ..]. Datum Posonii, sedecima die mensis Maii anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Magister Iohannes Gold de Wienna,  
notarius in premissis

<sup>a</sup> Utána plebanus áthúzva. <sup>b</sup> Az írnok a tárgyak felsorolásánál keveri a nyelvtani eseteket. <sup>c</sup> Bizonyára audito helyett. <sup>d</sup> Utána et áthúzva. <sup>e-c</sup> Tévesen libelli sui. <sup>f</sup> Tévesen admittendam. <sup>g</sup> Utána Pauli áthúzva.

## 114.

**1469. június 16., Pozsony**

*Váli János pozsonyi kanonok és vikárius megparancsolja Pál magyar esperesnek és Pál szentpéteri plébánosnak, hogy Borsai György feleségét, Margitot és Szerházi Lászlót megillető leánygyed ügyében járjanak el.*

Hajtásainál szakadozott papíron (22,6×20 cm). Szöveg alatt pecsét nyoma. DL 37529. (Olgyay cs. lt.). — **Kiadása:** Eszterházy oklt. 83–84. p. (68/a. sz.).

Iohannes W[a]l, canonicus ecclesie Posoniensis locique eiusdem vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis etc. dilectis nobis in Christo, honorabilibus et discretis viris, dominis utroque Paulo, videlicet archidiacono de Magyar et de Sancto Petro plebanis salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum nos nuper in causa et causis, que inter nobilem domina[m] Margaretham, consortem Georgii Simonis de Borsa, filiam vero condam Blasii Zerhas, et Ladislaum [Ze]rhas veluti actores ab una, parte vero ab altera<sup>a</sup> Michaelem filium Mathie ac Mathiam, Martinum et Iacobum<sup>b</sup>, nobiles de Ogya veluti in causam attractos ratione et pretextu dotis et rerum paraffernalium de eadem possessione Ogya ipsis, scilicet actoribus, provenire debencium coram nobis \per/ litis materiam<sup>c</sup> usque ad sententiam diffinitivam discussa<sup>d</sup> <est>, iudicando invenissemus, quomodo ipsis actoribus precedenter de dotibus et rebus paraffernalibus satisfaccio fuit<sup>e</sup> impensa, et quod solummodo de quartalicio ipsis solvere debuissent, propter cuius, scilicet quartalicii non solucionem eciam contra ipsos in causam attractos mandatum solucionis infra octavam diem decreveramus; salvo tamen reservato, quod si se minus iuste gravatos<sup>f</sup> sensissent seu allegassent, infra eosdem octo dies coram nobis comparere debuissent allegaturi causam, cur ad premissa solvenda non tenerentur. Unde nos consid[er]antes [...]m rerum et possessionum estimacione [pro] solvendis quartaliciis distanci[am ...] ad [no]s veniendi et [...]ponendi, vobi[s] igitur dominis [t]amquam nostris veris commissar[iis a]uctoritate nostra in causa premissa vobis per nos attributa in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis committimus et mandamus, quatenus receptis presentibus vos insolidum ac insimul causa in eadem ingerentes valorem quarte puellaris in toto imprimis et tandem, si opus fuerit, medietatem estimetis et parti actrici adiudicetis, non tamen secundum estimacionem propriam actorum, sed per valorem rerum et possessionum, in qua scilicet c[a]usa partibus coram vobis citatis et sub censuris ecclesiasticis compellendis finem faciatis, sentencietis atque pronuncietis semota appellacione ampliori ad nos aliquali; cetera suppleat

prudencia et discrecio ac providencia vestra, in quibus valde confidimus. Datum Posonii, secundo die festi Beatorum Viti et Modesti martirum anno Domini millesimo quadringentesimo LX<sup>o</sup> nono.

<sup>a</sup> Utána et áthúzva. <sup>b</sup> Utána d áthúzva. <sup>c</sup> Utána s áthúzva. <sup>d</sup> Szövegben discussam. <sup>e</sup> Utána inv áthúzva. <sup>f</sup> Tévesen gravtos.

## 115.

### 1469. december 18., (Nagy)magyar

*Pál magyari és Pál szentpéteri plébánosok jelentik Pulkau János pozsonyi kanonoknak és vikáriusnak, hogy parancslevele értelmében megidéztek Szerhás Lászlót és Borsai György feleségét, Margitot a felsorolt olgyai nemesek ellen.*

Szakadozott és lyukas papíron (22,3×14,2 cm). Szöveg alatt feljegyzés (*Ista relatoria producta est 19 die mensis Decembris.*). Hátlapon külzet (*Venerabili viro m[agistro Iohanni de Pulka], canonico ecclesie Posoniensis, necnon per reverendum dominum et dominum Georgium, prepositum ac officialem ecclesie prefate<sup>a</sup>, constitutum ac locumtenenti, domino nostro gracioso relatoria peremptoria.*), feljegyzés (*In factu Michaelis de Ogya.*), pecsét nyoma. DL 37530. (Olgyay cs. lt.). — **Kiadása:** 1. Eszterházy oklt. 71–72. p. (61. sz.). 2. Eszterházy oklt. 84–85. p. (68/b. sz.), 1469. febr. 20-i dátummal.

Oracionum devotarum suffragia. Venerabilis in Christo pater ac domine noster honorande! Noverit eadem v(estra) v(enerabilitas) nos litteras v(estre) p(aternitatis), scilicet citatorias et peremptorias sumpmo cum honore recepisse et mox statim visis presentibus in die dominica proxima ante festum Beati Thome apostoli<sup>1</sup> personaliter accessimus ad possessiones Borsa et Hezterhasshaza ibique ad instanciam nobilium virorum, Michaelis, Mathei, Martini et Iacobi de Ogya et in factu periurii et aliis querelis et instanciis legitime responsuros pro eisdem<sup>b</sup> citavimusque nob[i]les Ladislaum Zerhas et dominam Margaretham consortem Georgii de Borssa vestri in presenciam ad feriam terciam proximam ante festum Beati Thome apostoli<sup>2</sup> certificavimusque eundem nobilem Ladislaum Zerhas et dominam Margaretham, quod si ipsi in dicto termino citacionis comparuerint sive non, tunc ulterius hic in partibus non citabuntur, sed v(estra) v(enerabilitas) inibi per edictum in foribus alme ecclesie Posoniensis, prout iuris fuerit, {v(estra) v(enerabilitas)} ad ulteriora procedet cuiusvis partis absentia vel contumacia non

obstantibus etc. Datum in Madyar, feria secunda proxima ante Quatuor temporum anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Paulus de Madyar et alter  
Paulus de Sancto Petro, ecclesiarum parochialium plebani, oraciones pro  
vestra vita pariter et salute.

<sup>a</sup> Szövegben prephate. <sup>b</sup> Szövegben eosdem. *Meglehetősen zavaros szövegrész.*

<sup>1</sup> [1469.] dec. 17. <sup>2</sup> [1469.] dec. 19.

## 116.

### 1472. április 11.

*A pozsonyi káptalan előtt egyrésztől Szerhásházi Szerhás László — fia, Márton nevében is —, valamint László lánytestvére, Borsai György felesége, Margit — akit Pozsonyi Kraus Péter képvisel —, másrésztől Olgyay Miklós fiai és a többi felsorolt olgyai nemes között fogott bírák közreműködésével megállapodás születik a két néhai Olgyay Csúnya Pál birtokaiból járó hozomány, nászajándék és leánynegyed ügyében.*

Szakadozott és lyukas papíron (29,6×18,6 cm). Hátlapon pecsét nyoma. DL 88527. (Esterházy cs. hercegi ága, Repositorium – Olgyay). — **Másolata: 1-2.** DL 37575. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum [e]cclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Ladislaus Zerhas de Zerhashaza [su]a et Martini filii sui in personis, cuius simul et aliorum heredum, fratrum, consangu[i]neorum et proximorum suorum on[e]ra et quevis gravamina super se accepit, necnon Petrus Kraws de Posonio, procurator et nomine procuratori[o] at[que] in persona nobilis domine Margarethe, sororis ipsius Ladislai Zerhas, consortis Georgii filii Simonis de Borsa cum litteris nostris procurator[iis a]b una, partibus vero ex altera Mathias, Iacobus et Martinus filii {filii} Nicolai de Ogya et Michael filius alterius Mathie de eadem pro se personaliter et pro Andrea et Augustino, fratribus suis germanis, filiis videlicet eiusdem Mathie de eadem Ogya coram nobis constituti per prefa[to]s Ladislaum Zerhas et Petrum Kraws procuratorem vive vocis oraculo sponte et libere confessum extitit et relatam, quomodo licet inter ipsos o[c]casione dotis et rerum parafernalium nobilis domine Elene, consortis condam diuturni seu antiqui

anterioris Pauli Chuna dicti de Ogya, [a]thavie scilicet ipsius Ladislai Zerhas, ac quarte puellaris alterius [d]omine Elene, filie eiusdem prioris Pauli Chuna, avie ipsius {eiusdem} Ladislai Zerhas de bonis et porcionibus possessionariis alterius et subseq[uent]is condam Pauli similiter Chuna dicti de dicta Ogya provenire debencium et post d[ic]tas dominas in ipsum Ladislaum Zerhas et prefatam dominam Marga[ret]ham legitime devolutarum litis et controversionis materia exorta et mota proli[x]ius per iudiciorum strepitum ventilata extitisset, tandem ip[si] sencientes se utrimque per tales lites fore gravatos, volentes parcere sump[tibus] et expensis et ipsis litibus imponere finem per dispositionem proborum hominum arbitratorum spiritualium et secularium inter ipsos parte ex utraque ad [id ...]e electorum et per ordinacionem ac ediccionem eorundem per [e]os per modum et tamquam processum iudicii factam talem inter se inivissent [...]issent perpetue pacis et concordie \unionem/, videlicet quod preenarrati M[athias], Iacobus et Martinus filii Nicolai, item Michael filius alterius M[athie ...]atum ceteris fratribus suis supra dictis prenominatis Ladislao [Ze]rhas et domine Margarethe s[orori sue] de et super premissis d[ote et rebus parafernal]ibus et quarta puellari iuxta arbitramentum et ediccionem per dictos probos homines per modum iudicii factam plenam [... et] omnimodam impendissent solucionem et satisfaccionem in effectum. Cuius solucionis et satisfaccionis unam precisam medietatem prefati [M]athias, Iacobus et Martinus, alteram vero medietatem Michael filius alterius Mathie et fratres eiusdem supra dicti persolvissent, e[st] ideo supra nominati Ladislaus Zerhas et Petrus Kraws, procurator prefate domine Margarethe nominibus, quibus supra, preenarratos [M]athiam, Iacobum et Martinum filios Nicolai, ac Michaellem filium alterius Mathie de Ogya ceterosque eiusdem Michaelis fratres supra dictos [i]psorumque heredes et posteritates universos de et super premissis dotibus et rebus parafernalibus et quarta puellari ac omnibus adquisicionibus dampnisque seu expensis et impensis previa ratione factis et permissis quitos et expeditos reddidissent et commisissent ac per omnia satisfactos, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis; itemque, quod partes predictae utraque omnes litteras ipsorum causidicas et litteralia instrumenta quomodocumque inter se ratione litis prenarrate emanatas et extractas vanas et cassas commisissent et omnino viribus carituras atque producentibus nocituras, imo commiserunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum medienate. Datum sabbato proximo ante festum Beatorum Tiburcii et Valeriani martirum anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

## 117.

**1477. június 9.**

*A pozsonyi káptalan előtt Csenkeszédi Balázs és Doborgazi István kiegyeznek Olgyay Mátyással és felsorolt társaival néhai Olgyay Csúnya András 60 holdnyi földjével és egyéb ügyekkel kapcsolatban.*

Vizjeles és lyukas papíron (21,6×15,9 cm). Hátlapon pecsét nyoma. DL 37531. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie P[o]soniensis memorie commendamus, quod Blasius filius Andree de Chenkezethy et Stephanus filius Iohannis de Doborgaz oneribus et omnibus gravaminibus filiorum et aliorum omnium heredum, fratrum, consanguineorum et proximorum ipsorum in se assumptis coram nobis personaliter constituti vive vocis oraculo sponte et libere confessi [s]unt per hunc modum, quomodo ipsi ratione et pretextu sexaginta iugerum terrarum de terris arabilibus condam Pauli dicti Chuna de Ogya, inter possessiones videlicet eandem Ogya et Beczhaza intra metas eiusdem possessionis Ogya in uno loco adiacencium, que dictus condam Paulus Chwna, avus dicti Blasii de Chenkezethy condam Petro de Chenke aliis nostris litteris obligatoriis superinde confectis mediantibus pro octo marcis denariorum Wiennensium — marcam quamlibet cum decem pensis computando — impignorasset et ad utendum collocasset, necnon de et super omnibus accionibus et adquisicionibus eorum exinde emergentibus Mathiam, Martinum et Iacobum, filios Nicolai, necnon Andream et Augustinum, filios Mathie, nobiles de Ogya predicta eorundemque heredes et posteritates universos percepta prius ab eisdem ratione previa — uti predicti Blasius et Stephanus nobis retulerunt — plenaria ac omnimoda effectiva satisfaccione quitos et expeditos ac modis omnibus satisfactos reddidissent et commisissent reddideruntque et commiserunt coram nobis predicta sexaginta iugera terrarum libere et pacifice possidenda, remittendo litteras eciam causidicas quaslibet et litteralia instrumenta superinde inter eos hucusque quomodolibet emanatas et extracta vanas, cassas et viribus penitus carituras exhibitoribusque nocituras relinquendo vigore et testimonio presencium mediante. Datum feria secunda proxima ante festum Beati Barnabe apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

118.

**1479. november 5., Buda**

*I. Mátyás király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy a Szászi János által bemutatandó okleveleket írja át.*

Átírása: Pozsonyi kápt., 1480. jan. 17. DL 37495. (Olgyay cs. lt.). Ld. 120. sz.

Mathias, Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Poseniensis salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis Iohannis Marthon de Kysmagyar et nobilis domine Elene, consortis eiusdem, quomodo certe littere instrumentales ipsorum exponencium alias sub sigillo vestro emanate<sup>1</sup>, necnon et alie nostre donacionales<sup>2</sup> factum [p]ossessionis Ogya vocate et aliorum iurium possessionariorum dictorum exponencium in comitatu Poseniensi existencium tangentes et concernentes, quarum paribus iidem exponentes pro tui[cione] iurium ipsorum nimium forent necessari<sup>a</sup>. Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus paria prescriptarum litterarum vestrarum sub sigillo v[est]ro emanatarum, et eciam nostrarum, per Iohannem Valentini de Zaaz coram vobis exhibendarum in transscripto litterarum vestrarum in forma solita et consueta dictis exponentibus [dar]e et emanari facere debeatis; caventes tamen, ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliqualis, secus non facturi. Datum Bude, in festo Beati Emerici d[uci]s anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

<sup>a</sup> Kontaminálódott szöveg, talán casualiter fuissent deperdite vagy hasonló tartalmú rész hiányzik.

<sup>1</sup> Vö. 68. sz. Az oklevél kiadója Pozsony megye. <sup>2</sup> Vö. 74. sz.

119.

**1479. november 18., Buda**

*I. Mátyás király megparancsolja a győri káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember vizsgálja ki Egyházasmagyari Miklós panaszát Kismagyari Molnár Miklós fiai, Orbán és Mihály ellen, majd minderről tegyen jelentést a király személyes jelenlétének.*

Átírása: Győri kápt., 1480. DL 37532. (Olgyay cs. lt.). Ld. 121. sz.

Mathias, Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Iauriensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona [Nicolai de Eghazasmagyar], quod cum Urbanus et Michael, filii condam Nicolai Molnar dicti de Kysmagyar quandam terram dicti exponentis Parnych vocatam, in territorio dicte possessionis Eghazasmagyar in comitatu Psoniensi existentis habitam d[e] nostra maiestate sibi ipsis impetrassent, et dum circa festum Beate Margarethe virginis proxime preteritum<sup>1</sup> iidem Urbanus et Michael prescriptam terram Parnych per nostrum et capituli ecclesie Psoniensis homines sibi ipsis statui facere voluissent, t[un]c licet prefatus exponens huiusmodi introduccioni et statucioni contradiccioni velamine obviaverit prelibatique Urbanus et Michael prefatum exponentem contra se ad reddendam rationem contradiccioni sue in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presenciam evocari fecerint, tamen ante lati Urbanus et Michael non curata huiusmodi contradiccione prelibati exponentis exinde facta statim et incontinenti prescriptam terram Parnych a manibus eiusdem exponentis minus iuste et indebite pro se ipsis occupassent occupatamque conservarent et tenerent eciam de presenti potencia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Beczhaza, vel Benedictus de Chenke, aut Iohannes Urbani de Watha, sin Dominicus Zernew de dicta Eghazasmagyar, aliis absentibus homo noster [a]b omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum Beate Elizabeth vidue anno Domini millesimo quadingentesimo septuagesimo nono.

<sup>1</sup> [1479.] júl. 13. körül.

## 120.

### 1480. január 17.

*A pozsonyi káptalan I. Mátyás király parancslevele értelmében átír Szászi János által bemutatott három oklevelet.*

Lyukas, foltos és gyűrött hártján (38,1×24,3+4,2 cm). Fügőpecsétje zsinórostul elveszett. DL 37495. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod Iohannes Marthon de Kysmagyar sua ac nobilis domine Elene, conso[rtis] sue in personis et alter Iohannes filius Valentini de Zaaz ad infra scriptam exhibicionem litterarum faciendam requisitoriarum coram nobis personaliter constituti ex[hib]uerunt nobis quasdam litteras serenissimi principis, domini Mathie, Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc., domini nostri naturalis graciosi requisitorias, clausas, secreto n[ov]o sigillo suo consignatas nobis preceptorie loquentes super renovacione et transscripcione quarundam aliarum litterarum, unius videlicet olim egregii magistri Nicolai Ostrozky, vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Posoniensis statutorie duobus sigillis, uno integro et alio propter incautam conservacionem et vetustatem eiusdem corrupto appare[n]tibus subimpressarum, alterius vero nostre littere, fassionem condam nobilis domine Elizabeth, relicte Iohannis filii Petri de Ogya et Gregorii filii eiusdem condam domine in [su]is necnon Iohannis et Ladislai, filiorum iam dicti Iohannis personis factam in se continentis, sigillo nostro zona sericea rubei coloris pendenti clare apparenti roborate, simulcum pretactis litteris regiis in specie nobis exhibitaram, petentes nos debita cum instancia, quatenus paria et tenores earundem presentibus litteris nostris inseri et inscribi ac transsumi et emanari facere dareque debeamus, velimus et dignaremur, quas litteras dicti domini nostri regis nos omni cum reverencia pariter et obediencia recepimus in hec verba: *Következék I. Mátyás 1479. nov. 5-i parancslevele (ld. 118. sz.)*. Tenor itaque littere predicti olim magistri Nicolai Ostrozky, vicecomitis et iudicum nobilium com[itatus] Posoniensis est iste: *Következék Pozsony megye 1393. nov. 15-i oklevele (ld. 68. sz.)*. Nostre vero littere pretacte tenor v[erbal]is est per singula talis: *Következék a pozsonyi kápt. 1397. okt. 26-i oklevele (ld. 74. sz.)*. Nos igitur mandatis dicti domini regis, prout tenemur, [ob]jedire et satisfacere cupie[n]tes necnon iustis et legitimis predictorum Iohannis Marthon in sua et dicte domine consortis sue personis nobis porrectis petitionibus causa communis iusticie favorab[iliter] inclinati prescriptas litteras omni prorsus suspicionis vicio carentes de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali presentibus litteris nostris pendenti, authentico sigillo [nostro] roboratis inseri et inscribi ac transsumi fecimus uberiozem rei ad cautelam. Datum in festo Beati Anthonii abbatis anno Domini M<sup>o</sup> CCCLXXX<sup>mo</sup>.

## 121.

## 1480.

*A győri káptalan jelenti I. Mátyás királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte Egyházasmagyari Szönyő (?) Domonkos királyi emberrel János olvasókanonokot, akik kivizsgálták a parancslevélbe foglalt panaszt, amelyet igaznak találtak.*

Csonka és szakadozott papíron (29,5×21,2 cm). Hátlapon külzet (*Personali presencie domini regis pro Nicolao [...] inquisicionis relacio.*), zárópecsét nyoma. DL 37532. (Olgyay cs. lt.).

Serenissimo principi, domino Mathie, Dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc., domino eorum graciousissimo capitulum ecclesie Iauriensis oracionum suffragia in Domino devotarum cum perpetua fidelitate. Litteras vestras inquisitorias nobis directas sumpma cum obediencia recepimus in hec verba: *Következik I. Mátyás 1479. nov. 18-i parancslevele (ld. 119. sz.).* Unde nos mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Dominico Zwnyw de dicta Eghazasmagyar nostrum hominem, videlicet venerabilem dominum Iohannem, lectorem eiusdem ecclesie nostre, socium et concanonicum nostrum ad premissam inquisicionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus trans[m]ittendum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod [ipsi ... ..] virginis proxime preterito in comitatu Posenien[si] procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus [videlicet et ignobilibus ac] alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo omnia [premissa et quevis premissa]rum singula sic et suo modo fore facta et perpetrata rescivissent, prout eidem vestre serenitati dictum fuisset [et quemadmodum tenor] litterarum vestrarum per omnia contineret prescriptarum. Datum sexto die diei inquisicionis premissa anno Domini [millesimo quadringentesimo] octuagesimo.

Megi.: A DL adatbázisban az oklevél — nem tudni, mi alapján — 1480. jan. 23-i keltezéssel szerepel.

A pontos keltezés a vizsgálat pontos időpontjának hiányában nem állapítható meg.

## 122.

**1481. január 21.**

*A pozsonyi káptalan előtt egyrésztől Olgyay András és testvérei, másrésztől Hydeghéti Gergely és Spácai László között fogott bírák közreműködésével megállapodás születik peres ügyeikkel kapcsolatban.*

Lyukas papíron (29,2×22,3 cm). Hátlapon pecsét nyoma. DL 37533. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod nobiles Andreas filius condam Mathie de Ogya pro se necnon pro Augustino fratre ac puella Elena sorore suis, filio videlicet et filia iam dicti condam Mathie de Ogya onera et quelibet gravamina eorundem et aliorum omnium heredum, fratrum, cognatorum et proximorum suorum ac modo simili heredum, fratrum, consanguineorum et proximorum condam nobilis domine Elena vocate, relicte condam Nicolai Boryw de Bahon alias de Ebedecz ab una, partibus vero ex altera Gregorius filius condam Nicolai de Hydegheth, ex condam nobili domina Elena, consorte eiusdem condam Nicolai de Hydegheth, filia olim Emerici de dicta Ebedecz, sorore videlicet condam Nicolai Boryw predicti et condam Iohannis similiter Boryw de dicta Bahon alias de Ebedecz progenitus, necnon Ladislaus de Spaczya, vitricus nobilis puelle Katherina vocate, filie dicti condam Iohannis Boryw de Bahon nomine et in persona eiusdem puelle Katherine onera similiter dictus Gregorius et ipse Ladislaus et quelibet gravamina eiusdem puelle Katherine et aliorum omnium heredum, fratrum, consanguineorum et proximorum suorum parte ex utraque super se assumendo, ac eciam discretus vir, dominus Thomas, rector capelle Sacratissimi Corporis Christi in civitate Posoniensi fundate, unus ex octo arbitris et compositoribus spiritualibus atque secularibus, videlicet discretis viris, dominis Emerico plebano et vicearchidiacono de Ilka, Anthonio rectore capelle Sancte Trinitatis in Sancto Georgio et capelle Sancti Martini in Dalyan et Gallo prebendario in Sempcz presbiteris, necnon nobilibus Stephano Bessenew de Galantha, Paulo Misse de Alystal, Michaele de Beczhaza et Iohanne filio Nicolai de Kerthweles arbitris et compositoribus parte ex utraque equali numero et parili voluntate ad id electis, in quos dicte ambe partes compromisissent, per eosdem coarbitros suos pro evidenciori testimonio ad fassionem infra scriptam — uti idem dominus Thomas nobis retulit — coram nobis faciendam transmissus et deputatus coram nobis personaliter constituti concordi voce confessi sunt per hunc modum, quomodo licet inter partes predictas racione et pretextu iurium, videlicet dotis et rerum parafernalium ac testamenti, necnon porcionis

possessionarie condam nobilis domine Elena vocate, filie condam Francisci de Kezelczes, relicte prefati condam Nicolai Boryw in porcionibus possessionariis eiusdem condam Nicolai Boryw, domini scilicet et mariti sui tam hereditariis, quam obligatoriis in eadem possessio[n]e Bahon vocata, in comitatu Poseniensi existenti habitis eidemque condam domine Elene lege regni inde proveniencium et in prefatos An[dre]am et Augustinum filios ac puellam Elenam filiam [d]icti condam Mathie legitime devolutorum, necnon quarundam litterarum et litterali[um in]strumentorum apud eundem Andream de Ogya habitarum litis et controversionis materia exorta extitisset, tamen ipsi iuxta arbitramentum et comp[os]icionem ac edictum preenarratorum octo proborum hominum, [ar]bitrorum et compositorum ipsorum die dominico inter octavas festi Nativitatis Domini prox[i]me preteriti<sup>1</sup> factam talem inter se concordiam et perpetue pacis suscepissent unionem, quod prenominatus Gregorius filius condam Nicolai de [H]ydegheth et puella Katherina filia dicti condam Iohannis Boryw de Bahon prenominatis Andree et Augustino filiis et Elene filie preallegati condam Mathie de Ogya pro premissis ipsorum omnibus iuribus triginta novem florenos auri puri Hungaricalis monete iusti et legalis ponderis ab eisdem — uti supra dictus Andreas de Ogya nobis retulit — per eundem Andream habitos, levatos ac realiter et cum effectu perceptos persolvissent ac omnimodam et plenariam impendissent satisfaccionem et sepe fatus Andreas de Ogya litteras et quelibet litteralia instrumenta apud se habitas et habita, factum possessionarium prenotatum tangentes iuxta conscienciam suam ac prestito superinde suo iuramento supra nominatis Gregorio de Hydegheth et puelle Katherine filie dicti condam Iohannis Boryw plenarie ac in effectu restituisset omni sine fraude, ideo prenominatus Andreas de Ogya suo predictorumque Augustini fratris et puelle Elene sororis suorum nominibus et in personis ac sub oneribus prenotatis de et super omnibus predictis supra dicte condam domine Elene, relicte dicti condam Nicolai Boryw, iuribus videlicet ac dotibus et rebus parafernalibus accionibusque et adquisicionibus suis exinde emergentibus universis prenotatos Gregorium de Hydegheth et puellam Katherinam, filiam sepe dicti condam Iohannis Boryw eorundemque heredes et posteritates universos et e converso supra dictus Gregorius de et super restitutione pretactarum litterarum et litteralium instrumentorum sibi et dicte puelle Katherine — ut prefertur — restitutarum, sepe fatus Andream et Augustinum filios et puellam Elena filiam condam Mathie de Ogya eorumque heredes et posteritates universos parte ex utraque et alternatim quitos et expeditos absolutosque ac modis omnibus satisfatos reddidissent et commisissent reddideruntque et commiserunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum

die dominico, in festo videlicet Beate Agnetis virginis anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo<sup>a</sup> primo.

<sup>a</sup> Szövegben octoagesimo.

<sup>1</sup> [1480.] dec. 31.

## 123.

### 1481. június 28., Buda

*I. Mátyás király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember iktassa be Tonkházi Bálint budai udvarbíró és testvéreit néhány Olgyay Helmes Zsigmond olgyai és egyházasmagyar birtokrészein található királyi jog birtokába, az esetleges el-  
lentmondókat pedig idézze a király személyes jelenléte elé.*

Papíron (34,5×21,5 cm). Hátlapon külzet (*Fidelibus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis pro egregio Valentino de Thankhaza et aliis intra scriptis introductoria et statutoria.*), hiteleshelyi feljegyzés (ld. **124.** sz.), zárópecsét töredékei. SNA, Pozsonyi kpt. hh. lt. 4-10-8 (Monast. HmBk 556., DF 225966.). — **Másolata:** DL 37576. (Olgyay cs. lt.).

Mathias, Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum, Valentini de Thankhaza, provisoris curie castri nostri Budensis ac Ladislai et Abrahe, fratrum suorum carnalium, quomodo ipsi in dominium totalis et omnis iuris nostri regii, si quod in porcionibus possessionariis condam Sigismundi Helmes in possessionibus Ogya et Eghazasmagyar vocatis, in comitatu Posoniensi existentibus habitis qualitercumque haberemus aut nostram ex quibuscumque causis, viis, modis et racionibus concerneret<sup>a</sup> maiestatem, ipsos exponentes ex certa nostra regia donacione concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes de Zaaz, aut Benedictus de Chenke, vel Michael de Peel, aliis absentibus homo noster ad facies prefatarum possessionum Ogya et Eghazasmagyar consequenterque porcionum possessionariarum dicti condam Sigismundi Helmes in eisdem habitaram, necnon tocius iuris nostri regii in eisdem porcionibus possessionariis ipsius condam Sigismundi Helmes habiti vicinis et commetaneis earundem et eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat memoratos

Valentinum de Thankhaza ac Ladislaum et Abraham, fratres suos in dominium eiusdem iuris nostri regii statuatque idem eisdem simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis nostre donacionis titulo ipsis incumbenti possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis ipsorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum {cond} contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in vigilia festi Beatorum Petri et Pauli apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

<sup>a</sup> *Tévesen* concernerent.

## 124.

### [1481.] (augusztus 15.–október 6.)

*A pozsonyi káptalan jelenti I. Mátyás királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte Körömdi Mihály kanonokot, akinek jelenlétében Csenkei Benedek királyi ember [1481.] aug. 15-én — a jelen levő szomszédok és határosok, Magyarai Török Miklós és Mihály, valamint az ottani plébános, István előtt — be akarta vezetni Tonkházi Bálintot és testvéreit néhai Olgyay Helmes Zsigmond olgyai és egyházasmagyari birtokrészein található királyi jogokba, ám ennek Olgyay Csege Mátyás fia, Kálmán, valamint Egyházasmagyari Gergely ellentmondtak, ezért megidézte őket Szent Mihály nyolcadára.*

**Tartalmi átirása:** A parancslevél (ld. 123. sz.) hátlapjára írt káptalani feljegyzés.

Execucio huius facta est feria quarta, in festo Assumpcionis Beate Marie virginis<sup>1</sup>; homo regius Benedictus de Chenke, capituli Michael de Kwrwend canonicus; vicini et commetanei Nicolaus Terek et Michael Therek et dominus Stephanus plebanus de Magyar; contradictores Colomannus filius Mathie Chege de Ogya et Gregorius de Eghhazasmagyar, evocati sunt ad octavas festi Michaelis nunc venturas.

<sup>1</sup> [1481.] aug. 15.

## 125.

**1482. szeptember 8., Hainburg alatt ostromtáborban**

*I. Mátyás király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember iktassa be Tonkházi Bálint budai udvarbírókat az őt királyi adomány címén megillető Olgyay Mártonfi Miklós és Imre, valamint Mátyás fia, András, akik a kezüket testvéri vérrel mocskolták be, birtokrészeibe, az esetleges ellentmondókat pedig idézze a király személyes jelenléte elé.*

**Átírása:** Pozsonyi kápt., 1482. szept. 15. DL 37534. (Olgyay cs. lt.). Ld. **126.** sz. — **Kiadása:** MS II. 601–603. p., a pozsonyi kápt. Formulae Stylicorum I. 302. sz. alapján.

Mathias, Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Poseniensis salutem et graciam. Cum nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus serviciis fidelis nostri, egregii Valentini de Thankhaza, provisoris curie castri nostri Budensis per eum primo sacre dicti regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati nostre in cunctis rebus nostris tam publicis, quam privatis cure et fidei sue commissis, cum sincera fide et fidelitatis constanti perseverancia exhibitis et impensis universa bona, possessiones porcionesque et iura possessionaria nobilium Nicolai et Emerici Marthonfy de Ogya ac Andree filii Mathie de eadem ubivis et in quibuscumque co[mi]tatibus regni nostri habitas et existencia, que ex eo, quod iidem his superioribus diebus non verentes manus suas fraterno sanguine maculare sese mutuo dir[is] verberibus et gravibus vulneribus affecisse dicuntur, ad nos consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri Hungarie consue[tudin]em rite et legitime devolute esse perhibentur et redacta, simulcum cunctis suis utili[tat]ibus et pertinenciis quibuslibet premissis sic, ut prefertur, stantibus et se h[abentibus] predicto] Valentino {Valentino} Thankhazy suisque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium superinde [con]fectarum imperpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium earundem ipsorumque per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Mandamus igitur fide[litati] vestre firmiter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Paulus Wyzkezy de Borsa, vel Martinus Zerhas de Zerhashaza, sive Petrus Penzes de Ianyk, aut Nicolaus Wad de Zaz, aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum porcionumque et iurium possessionariorum vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Valentinum Thankhazy in dominium

earundem ipsorumque statuatque easdem et eadem eidem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qu[i] fuerint, evocet eos contra annotatum Valentinum Thankhazy nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni inter[e]runt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum in castris nostris sub obsidione civitatis Hainburg, in festo Nativitatis Beate Marie virginis anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo.

## 126.

**1482. szeptember 15.**

*A pozsonyi káptalan jelenti I. Mátyás királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte Garsi János kanonokot, akinek jelenlétében Jányoki Péntzes Péter királyi ember elvégezte a parancslevélbe foglalt iktatást, de ennek Olgyay Márton a fiai, Miklós és Imre, valamint Mátyás fia, András nevében ellentmondott, ezért megidézte őket a király személyes jelenléte elé sz. Mihály nyolcadára.*

Lyukas és szakadozott papíron (31,3×20,2 cm). Hátlapon külzet (*Personali presencie regie maiestatis pro Martino de Ogya filiisque eiusdem, Nicolao et Emerico, ac Andrea filio {filio} Mathie de eadem Ogya contra egregium Valentinum de Thankhaza, provisorum castris Budensis ad octavas festi Beati Michaelis archangeli nunc venturi relacionis introduccionis, statucionis, contradiccionis et evocacionis par.*), zárópecsét töredékei. DL 37534. (Olgyay cs. lt.).

Serenissimo principi, domino Mathie, Dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc., domino nostro naturali capitulum ecclesie Poseniensis oraciones in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos litteras vestras introductorias et statut[o]rias nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia pariter et obediencia recepisse in hec verba: *Következik I. Mátyás 1482. szept. 8-i parancslevele (ld. 125. sz.).* Nos igitur preceptis et mandatis vestre serenitatis, uti ex debito tenemur, obedire et satisfacere cupientes unacum prenominato Petro Penzes de Ianyk, homine scilicet vestro regio nostrum hominem, videlicet honorabilem virum, magistrum Iohannem Go[r]s, socium et concanonicum nostrum ad premissa suo modo ac fideliter exsequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus emittendum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis consona voce

retulerunt, quomodo ipsi feria tertia proxima post pretactum festum Nativitatis Beate Marie virginis<sup>1</sup> ad facies prescriptarum possessionum p[or]cionumque et iurium possessionariorum nobiles Benedicto filio Emerici de Chenke, Mi[cha]e-  
le filio Galli de eadem, Martino Sandor et Benedicto Balog de Kysmagyar, Iacobo filio Nicolai et Michaele filio Mathie de Ogya aliisque vicini[s et com]metaneis earundem inibi legitime convocatis et presentibus accessissent ib[i]que prefatus homo vester regius presente eodem nostro testimonio introduxisset prefatum [Valentin]um Thankhazy in dominium earundem possessionum porcio[rum] et iurium possessionariorum predictorum Nicolai et Emerici Marthonfy de Ogya [ac An]dree filii Mathie de eadem in eadem Ogya ac ubivis habita[rum] et existencium statuissetque easdem et eadem simulcum cunctis suis utilitatibus et [per]tinenciis quibuslibet occupassetque duos acervos frugum dictorum Nicolai et Emerici in orreo<sup>a</sup> eorundem repertos ac alias res eorundem eidem Valenti[no] Thankhazy et eius heredibus ac posteritatibus universis premisse vestre donacionis titulo perpetuo possidendas, ubi Martinus de dicta Ogya, pater predictorum Nicolai et Emerici tunc absencium nominibus et personis eorundem ac Andree filii Mathie premissis introduccioni et statucioni contradiccioni velamine obviasset dictusque homo vester regius presente dicto nostr[o] testimonio evocasset eosdem Martinum de Ogya filiosque eiusdem, Nicolaum et Emericum, ac Andream filium Mathie de Ogya de porcionibus eorum possessi[on]ariis in eadem habitis contra annotatum Valentinum de Thankhaza vestram personalem in presenciam ad octavas festi Beati Michaelis archangeli nunc venturi racionem contradiccioni eorum reddituros. Datum sexto die diei introduccionis, statucioni, contradiccioni et evocacionis premissarum anno Domini supra scripto.

<sup>a</sup> *Olvasd* horreo.

<sup>1</sup> [1482.] szept. 10.

## 127.

### 1483. április 6., Buda

*I. Mátyás király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember iktassa be Tonkházi Bálint budai udvarbíró és testvérét, Ábrahámot az őket királyi adomány címén megillető néhai Olgyay Helmes Zsigmond olgyai és egyházasmagyari birtokrészein talál-*

*ható királyi jogokba, az esetleges ellentmondókat pedig idézze a király személyes jelenléte elé.*

Csonka és lyukas papíron (33,8×22,5 cm). Hátlapon külzet (*Fidelibus nostris, capitulo ecclesie Psoniensis pro egrégio Valentino de Thankhaza, provisoro curie castri nostri Budensis et alio intra scripto introductoria et statutoria.*), hiteleshelyi feljegyzés (ld. Á), papírfelzetes zárópecsét. SNA, Pozsonyi kpt. hh. lt. 4-10-9 (Monast. 557., DF 225967.). — **Átírása (Á):** Pozsonyi kápt., 1483. ápr. 16. Ld. **128.** sz.

Mathias, Dei gracia rex Hungarie, B[ohemie etc. fidelibus nostris, capitulo] ecclesie Psoniensis salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostro[rum, Valentini de Thankhaza, pro]visoris curie<sup>a</sup> castri nostri Budensis ac Abrahe fratris eiusdem carnalis, quomodo ipsi in dominium totalis et omnis iuris nostri regii, si quod in p[or]cionibus possessionariis condam Sigismundi Helmes, in possessionibus Ogya et Eghazasmagyar vocatis, in comitatu Psoniensi existentibus habitis qualitercumque haberemus aut nostram ex quibuscumque causis, viis, modis et rationibus concerneret<sup>b</sup> maiestatem, ipsos exponentes ex certa nostra regia donacione<sup>1</sup> concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes de Zaz, aut Benedictus de Chenke, vel Michael de Peel, aliis absentibus homo noster ad facies prefatarum possessionum Ogya et Eghazasmagyar consequenterque porcionum possessionariarum dicti condam Sigismundi Helmes in eisdem habitatum, necnon tocus iuris nostri regii in eisdem porcionibus possessionariis ipsius condam Sigismundi Helmes habitati vicinis et commetaneis earundem inibi universis convocatis et presentibus accedendo introducat memoratos Valentinum de Thankhaza et Abraham in dominium eiusdem iuris nostri regii statuatque idem eisdem premissis nostre donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, v[ic]inorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica Quasi modo anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo<sup>c</sup> trecio.

<sup>a</sup> *Utána nostre áthúzva.* <sup>b</sup> *Tévesen concernerent.* <sup>c</sup> *Szövegben octoagesimo.*

<sup>1</sup> *Vö. 125. sz.*

## 128.

## 1483. április 16.

*A pozsonyi káptalan jelenti I. Mátyás királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte Körmenyi Mihály kanonokot, akinek jelenlétében Csenkei Benedek királyi ember elvégezte a parancslevélbe foglalt iktatást, ám ennek Olgyay Csege Jakab ellentmondott, ezért megidézte őt a király személyes jelenléte elé.*

Lyukas és szakadozott papíron (29,5×20,6 cm). Hátlapon külzet (*Personali presencie regie maiestatis pro Iacobo Chege de Ogya contra egregium Valentinum de Thankhaza, provisorum curie castri Budensis et alium intra scriptum ad octavas festi Beati Georgii martiris relacionis introduccionis, stacionis, contradiccioni, evocacionis par.*), zárópecsét töredékei. DL 37535/1. (Olgyay cs. lt.). — Másolata: DL 37535/2. (Uo.). — **Tartalmi átirása:** A parancslevél (ld. 127. sz.) hátlapjára írt káptalani feljegyzés. *[Exe]cucio huius facta est sabbato proximo ante festum Beatorum Tiburcii et Valeriani<sup>1</sup>; homo regius [Benedic]tus de Chenke; capituli dominus Michael de Kwrmeny canonice; vicini et commetanei [Nicol]aus Thwrek \et/ Georgius Semlery de Eghhazasmagyar, Martinus et Ladislaus Sandor, Benedictus Balog de Marchamagyar, Michael filius Galli de Chenke, Nicolaus Borsay de eadem, Iohannes Urban de<sup>a</sup> Wayswatha, Nicolaus Nagh {et} de<sup>b</sup> Naghmagyar; contradictor Iacobus Chege de Ogya; datum quinto [die] et evocatus est ad octavas festi Beati Georgii martiris nunc venturi.*

Serenissimo principi, dom[ino] Mathie, Dei gracia regi Hungarie, Bohemie etc., domino nostro naturali capitulum ecclesie Poseniensis oraciones in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit [sere]nitas nos litteras vestras introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia pariter et obediencia recepisse in hec verba: *Következik I. Mátyás 1483. ápr. 6-i parancslevele (ld. 127. sz.).* Nos igitur preceptis et mandatis vestre regie maiestatis, prout ex debito tenemur, in omnibus obedientes unacum prenominate Benedicto de Chenke, homine scilicet vestro regio nostrum hominem, videlicet honorabilem virum, dominum Michaellem de Kwrmeny, socium et concanonicum nostrum ad premissa suo modo ac fideliter exsequenda nostro pro [tes]timonio fidedignum duximus emittendum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quomodo ipsi sabbato proximo ante f[estum] Beatorum Tiburcii et Valeriani martirum proxime preteritum<sup>1</sup> ad facies prefatarum possessionum Ogya et Eghhazasmagyar consequenterque porc[ionum] possessionariarum dicti condam Sigismundi Helmes in eisdem habitarum, necnon tocus iuris vestri regii in eisdem porc[ionibus] possessionariis ipsius condam Sigis[mundi Helme]s habiti access[i]ssent ibique prefatus homo vester regius presente [dicto] nostro testimonio, necnon

nobilibus Nicolao Thwrek et Georgio Semler[y de] Eghazasmagyar, Martino et Ladislao Sandor et Benedicto Balog de Marchamagyar, Michaele filio Galli de Chenke, Nicolao Borsay de [eadem], Iohannes Urban de Wayaswatha et Nicolao Magno de Naghmagyar aliisque vicinis et commetaneis earundem inibi universis convocatis et presentibus introduxisset memoratos Valentinum et Abraham de Thankhaza in dominium eiusdem iuris vestri regii statuissetque idem eisdem premisse vestre regie donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendum, ubi Iacobus Chege de dicta Ogya contradixisset introduccioni et statucioni prenotatis et predictus homo vester regius presente dicto nostro testimonio evocasset eundem Iacobum Chege de Ogya de porcionibus eius possessionariis in eadem habitis contra annotatos Valentinum et Abraham de Thankhaza ad octavas festi Beati Georgii martiris nunc venturi vestram personalem in presenciam rationem contradiccionis sue redditurum. Datum quinto die diei introduccionis, statucionis, contradiccionis et evocacionis premissarum anno Domini superius scripto.

Hátlapi perbeli feljegyzés: *Pro a(ctore) Petrus de Hynd cum nostris. Solvit 5<sup>c</sup>.*

<sup>a</sup> Utána eadem áthúzza. <sup>b</sup> Utána Urbanus Zomyo de Urbanus Zomyo áthúzza. <sup>c</sup> Bizonytalan olvasat.

<sup>1</sup> [1483.] ápr. 12.

## 129.

### 1488. május 29., Buda

*I. Mátyás király előtt Tonkházi Ábrahám — akit Tejedi Tamás képvisel — és Olgyay Miklós fia Jakab — aki a felsorolt olgyai nemeseket is képviseli — között megállapodás születik néhai Olgyay Helmes Zsigmond olgyai és egyházasmagyar, valamint Olgyay Márton fia Imre és Mátyás fia András olgyai birtokrészei miatt zajló perben.*

Lyukas papíron (40,5×29,3). Szöveg alatt papírfelzetes pecsét. DL 37536/1. (Olgyay cs. lt.). — **Átírása:** 1. Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró, 1504. nov. 14. DL 105081. (Batthyány lt., Illésházy cs. 19-15-2). 2. Uó., ugyanazon a napon. Ld. **134.** sz. < Perényi Imre nádor, 1507. nov. 14. DL 37537. (Olgyay cs. lt.). Ld. **136.** sz. 3. Á1 < Bátori András országbíró, 1564. jan. 28. DL 37370. 12–13. p. (Szüllő cs. lt.). — **Másolata:** DL 37536/1–2. (Olgyay cs. lt.). — **Kiadása:** Eszterházy oklt. 104–107. p. (79. sz.), Á1 alapján.

Nos, Mathias, Dei gracia Hungarie, Bohemie etc.<sup>a</sup> rex duxque Austrie memorie commendamus, quod Iacobus filius Nicolai de Ogya pro se personaliter ac pro Nicolao et Emerico, filiis Martini, n[ec]n[on] Andrea filio Mathie et Colomanno filio alterius Mathie de eadem Ogya cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Poseniensis ab una, parte vero ex altera Thomas de They[ed] pro Abraham de Dankhaza similiter cum procuratoriis litteris dicti capituli ecclesie<sup>b</sup> Poseniensis coram nostra personali presencia constituti sunt confessi in hunc modum, quod quamvis pref[atus] Abraham ac condam Valentinus et Ladislaus, fratres eiusdem carnales porciones possessionarias condam Sigismundi Helmes dicti de pretacta<sup>c</sup> Ogya, in possessionibus Ogya predict[a et] Eghazasmagyar<sup>d</sup> vocatis earundemque<sup>e</sup> pertinencias in comitatu Poseniensi existe[n]tes habitas sub nomine defectus seminis eiusdem Sigismundi Helmes, necnon porciones possessionarias dictorum Emerici filii Martini et Andree filii Mathie de prescripta Ogya, in eadem p[osse]ssione Ogya situatas pro eo, <sup>f</sup>ut iidem<sup>f</sup> Emericus et Andreas fratres patruales sese mutuo — ut per ipso[s] impetratores dictum extitisset — usque ad nonmodicam sanguinis effusionem verb[er]assent, a nostra maiestate sibi ipsis impetraverint<sup>l</sup> ac eosdem Iacobum filium Nicolai ac Nicolaum et Emericum, filios Martini, Andream filium Mathie et Colomannum filium al[teri]us Mathie ratione earundem porcionum possessionariarum contra se in curiam nostram regiam in causam attraxerint, tamen ipsi cupientes magis pacis amenitate gratulari, quam diuturnis licium<sup>g</sup> fatigiis<sup>h</sup> vexari compositione certorum proborum et nobilium virorum interveniente ad tal[em] pacis et concordie devenissent unionem, ut prefati Iacobus filius Nicolai, Nicolaus et Emericus, filii Martini, Andreas filius Mathie et Colomannus filius alterius Mathie de [pre]tacta Ogya quandam unam curiam ipsorum iobagionalem in prescripta possessio[n]e Eghazasmagyar<sup>i</sup> inter curiam nobilitarem Gregorii Magyar dicti ac inter curiam iobag[i]onalem parochialis ecclesie Sancte Crucis de eadem Eghazasmagyar<sup>i</sup> existentem habitam, in qua nunc idem Thomas de Theyed resideret, cum decem et octo iugeribus terre ad ea[n]dem curiam pertinentibus annotato Abraham de Dankhaza et eius heredibus masculini dumtaxat sexus ex predictis porcionibus possessionariis prelibati condam Sigismundi Helmes [in per]petuum et irrevocabiliter dedissent, annuissent et consensissent, e converso vero ante latus Thomas de Theyed in persona ipsius Abrahe de Dankhaza virtute procuratoria prenotata<sup>i</sup> i[n hui]us recompensam et retributionem premissas universas lites et causas per eundem Abraham ac prelibatos condam Valentinum et Ladislaum, fratres eiusdem ratione et pretextu prescriptarum [por]cionum possessionariarum memorati condam Sigismundi Helmes ac dictorum Emerici filii Martini et Andree filii Mathie contra eosdem Iacobum filium Nicolai, Nicolaum et Emeri[cum], filios Mar-

tini ac alios predictos motas et suscitatas omnino deposuisset condescendique et sopiri fecisset et nichilominus prescriptas residuas porciones possessionarias annotatorum con[dam Sigism]undi Helmes ac Emerici et Andree in pretactis possessionibus Ogya et Eghazasmagyar<sup>i</sup> earundemque pertinentiis existentes habitas cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentiis apu[d manu]s eorundem Iacobi filii Nicolai, Nicolai et Emerici, filiorum Martini ac<sup>k</sup> An[dree] filii Mathie et Colomanni filii alterius Mathie pacifice et quiete reliquisset<sup>l</sup> ipsosque et eor[um here]des superinde quitos, expeditos<sup>m</sup> et per omnia absolutos reddidisset et commisisset, preterea universas et quaslibet litteras causales et donacionales, presertim vero in facto premissarum porcion[um possession]ariarum annotatorum Emerici filii Martini et Andree filii Mathie pro parte ipsorum Abrahe de Dankhaza ac condam Valentini et Ladislai fratrum eiusdem emanatas et confectas, si [easdem idem] Abraham iam dictis Iacobo filio Nicolai, Nicolao et Emerico filiis Martini ac aliis prescriptis in specie non redderet vel reddere non posset, cassas, vanas, frivolas vir[ibusque c]arituras et exhibitoribus earundem nocituras consimiliter reliquisset<sup>l</sup>, imo prefatus Iacobus filius Nicolai pro se — ut premittitur — personali sua astancia ac pro ante latis Nicolao et Emeri[co fil]iis Martini, Andrea filio Mathie et Colomanno filio alterius Mathie virtut[e] procuratoria prenotata<sup>j</sup> dedit, annuit et consensit, prelibatus siquidem Thomas de Theyed in persona me[morati A]brah[e de] dicta Dankhaza similiter virtute premissae procuracionis reliquit<sup>n</sup> ac reddidit et<sup>b</sup> commisit coram nobis; hoc adiecto, quod si temporum in [eventu] iam fatas partes vel earum [alteram ratione prescr]ipte possessionis Eghazasmagyar<sup>i</sup> quipiam contra se in causam conv[enirent], extu[nc eedem] partes huiusmodi litem et causam communibus ipso[r]um [laboribus] et expens[is] prosequi et supportare deberent et tenerent]; hoc eciam non pretermissio, quod si annotatum Abraham absq[ue] heredum solacio prescripti masculini sexus ab hac luce decedere contingeret, extunc premissa curia [cum dictis] de[ce]m et octo iugeribus terre in eosdem Iacobum filium Nicolai, Nicolaum et E[m]ericum filios Martini, Andream filium Mathie et Colomannum filium alterius Mathie ipsorumque heredes [pristino i]ure devolvi et condescendi valeret atque<sup>o</sup> posset; illo insuper concluso, quod si que [par]cium predictarum in premissis non persisteret, sed ratione previa aliquas lites deinceps inchoare attemp[taret], e[x]tunc talis pars contra partem premissa observantem in ducentis florenis auri in [pri]mo litis congressu convinceretur ac convinci et aggravari deberet eo facto. Ad quod se idem Iacobus [filius] Nicolai modo, quo supra, personaliter ac idem et prenominatus Thomas de Theyed al[i]os predictos<sup>p</sup> virtute ipsorum procuratoria prenarrata spontanea<sup>q</sup> eorum obligarunt voluntate coram nobis [tes-

tim]onio presencium mediante. Datum Bude, feria quinta proxima post festum Penthecostes anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo.

Coram magistro Iohanne de Thwroc

<sup>a</sup> Á2-ben nincs. <sup>b</sup> Á1-ben nincs. <sup>c</sup> Á1-ben predicta. <sup>d</sup> Á1-ben Eghhazasmagyar, Á2-ben Eghhazasmagyar. <sup>e</sup> Á1-ben earumque. <sup>f-f</sup> Á1-ben uti idem. <sup>g</sup> Á2-ben litigium. <sup>h</sup> Tévesen fatigis. <sup>i</sup> Á1-ben és Á2-ben Eghhazasmagyar. <sup>j</sup> Á2-ben prenarrata. <sup>k</sup> Á1-ben et. <sup>l</sup> Tévesen relinquisset, Á2-ben helyesen. <sup>m</sup> Á1-ben előtte et is. <sup>n</sup> Tévesen relinquisset, Á2-ben helyesen. <sup>o</sup> Á2-ben ac. <sup>p</sup> Á1-ben predictorum. <sup>q</sup> Á2-ben sponte.

<sup>l</sup> Vö. 125. sz.

### 130.

#### 1496. május 17.

*Pozsony megye hatósága jelenti, hogy Olgyay Mátyás fia, Kálmán és társai kérésére kiküldte Karcsai Benedek szolgabíró, aki elvégezte a kért kivizsgálást.*

Szakadt papíron (29×13,5 cm). Szöveg alatt egy nagyobb és négy kisebb pecsét nyoma. DL 37538. (Olgyay cs. lt.).

Nos, Petrus Pogan comes et iudices nobilium comitatus Poseniensis damus pro memoria, quod ad instantes et legitimas petitiones nobilium Colomanni filii Mathie, Emerici filii Martini, Iacobi filii Nicolai, Michaelis filii dicti Mathie et Andree filii alterius Mathie de Ogya unum ex nobis, videlicet Benedictum Karchay, iudicem nobilium ad infra scriptam inquisitionem faciendam fidedignum d[u]ximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversus nobis retulit eo modo, quod ipse feria quinta proxima post dominicam Re[mi]niscere proxime preterita<sup>l</sup> infra scriptos nobiles ad fidem Deo debitam fidelitatemque domino nostro regi observandam requisitos habuisset, item Andreas Vizkezy de Borsa, Paulus Vizkezy, Gregorius Zwille de Magiar, Benedictus Chenkey, Michael Thot de Magyar, discretus Petrus plebanus de Magyar concorditer fassi fuissent, quod ipsi dispositores inter exponentes ab una ac dominam Elenam, relictam [S]ebastiani Polgar, Elizabeth, consortem Stephani Bethlen<sup>a</sup> taliter disposuissent exponentes litteralia instrumenta impignoraticia in manus [com]-munes infra facere deponenda; et ipsa domina Elena septem florenos auri, quos ab eisdem exponentibus sursum levasset, infacere<sup>b</sup> debuis[se]t. Iidem prefati

exponentes litteralia instrumenta infra fecissent ad manus communes, et quare minus iuste eosdem exponentes ad sedem cit[a]ssent. Ita disposuissent, quod pro expensis eorum quinque florenos iuramentaliter recipere debuissent<sup>c</sup>. Prefati exponentes litteras impignoraticias inf[ra] fecissent, iuramentis ipsorum parati fuissent, domina Elena e[t] Elizabeth pecunias infra non fecissent<sup>d</sup>, sed se ipsas in vinculo<sup>e</sup> vig[i]nti quatuor florenorum auri convinci permisissent. Ad quorum fassionem prescriptorum arbitratorum litteras nostras inquisitorias eisdem supra dictis nobilibus d[um]ximus concedendas. Datum feria tertia post Rogacionum Domini anno Domini millesimo quadingentesimo nonagesimo sexto.

<sup>a</sup> Itt valószínűleg tollban maradt partibus ex altera. Az ezután következő szöveg nyelvtanilag nem szabatos. <sup>b</sup> Így, talán infra facere helyett. <sup>c</sup> Tévesen debuisset. <sup>d</sup> Tévesen fecisset. <sup>e</sup> Tévesen viculo.

<sup>1</sup> [1496.] márc. 3.

## 131.

### 1496.

*II. Ulászló király megparancsolja a nyitrai káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember iktassa be Antal nyitrai püspököt a felsorolt olgyai nemesek birtokrészeibe.*

**Átírása:** Nyitrai kápt., 1496. Csonka és két részre szakadt papíron ([19,5]×[18,7] cm). Hátlapon külzet (csak néhány betűje maradt meg) és zárópecsét töredékei. DL 37539. (Olgyay cs. lt.).

Wl[adislaus, Dei gracia Hungarie et Bohemie etc. rex fide]libus nostris, capitulo ecclesie Nitriensis salutem et gratiam. Cum nos habentes respectum [... ..] fidelis noster, reverendus in Christo pater, dominus Anthonius, episcopus<sup>a</sup> ecclesie Nitriensis, [... ..] et regni nostri, tam scilicet prosperis, quam adversis, prout temporum [e]t rerum necess[... ..]giminis absque ulla intromissione se gratum maiestati nostri reddere studuit et accep[tum ... ..] porcionesque et quel[ibe]t iura possessionaria nobilium Iacobi filii Nicolai, Colomanni et Mich[aelis] filiorum Mathie de O]gya, tam in eadem possessione Ogya<sup>b</sup> in Psoniensi, quam eciam quibuscumque aliis comitatib[us ... ..]n superioribus diebus Dei et hominum timore posthabito quendam larvatum sive person[... ..] nomine et in persona cuiusdam nobilis domine Elene filie Iohannis Wad de Zaz, diu de[... ..] fassionem coram eodem capitulo sibi ipsis fateri et litteras eciam per capitulares

sigillari [... ..] excepissent, nisi ipsi capitularis dolum latentem et fidelitatem manditam inesse cognov[... .. iuxta] antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem atque legem redacta esse perhibe[ntur ... ..] pertinenciis quibuslibet sic, ut preferatur, stantibus et se habentibus memorato domino Anthonio [... ..]m imperpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eorundem per nostrum et vestrum homines [... pre]cipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente [... .. ve]l Andreas Wyzkezy de Alsoborsa, aliis absentibus homo noster ad faciem prefate p[osses]-sionis [... consequenterque porcionum possessi]onariarum annotatorum Iacobi filii Nicolai, Colomanni et Michalis filiorum Math[ie ... .. vicinis] et commetaneis earundem universis illac legitime convocatis et presentibus accedendo [introducatur ... .. statu]atque easdem eidem simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis [q]uibuslibet [... , si non fuerit contrad]ictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem con[tra annotatum dominum Anthonium nostram perso]nam in presenciam rationem contradiccionis eorundem re[ddituros; et pos]t hec hu[iusmodi ... ..] vicinorum et commetaneorum, qui premisse [statucioni intererunt, nominibus terminoque] assignato dict[e] nostre perso[n]ali presencie fideliter [rescribatis. Datum ... .. anno Domini] millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

<sup>a</sup> *Utána Nit áthúzva.* <sup>b</sup> *Utána Nit áthúzva.*

Megj.: A káptalan válaszlevelének szövegéből szinte semmi nem maradt meg (csak töredékes formulás részek), keltezését sem ismerjük. Mivel az egyetlen használható adat az iktatásra kiküldött kanonok (Battonyai András) neve, ezért az oklevélnek nem adtam külön sorszámot.

## 132.

### 150[3]. december 2., Buda

*II. Ulászló király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember vizsgálja ki az óbudai apácák panaszát a felsorolt nemeseik ellen, és idézze őket a király személyes jelenléte elé.*

Átírása: Pozsonyi kápt., 1504. febr. 4. DL 37541. (Olgyay cs. lt.). Ld. 133. sz.

Wladislaus, Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli[bus] nostris, capitulo ecclesie Posoniensis [salu]te[m] et graciam. Dicitur nobis in personis r[eli]-

giosarum dominarum sanctimonialium claustrum Beate Marie virginis Veteris Budensis, quod licet nobiles prediales ipsarum dominarum exponencium, utputa Stephanus Magyary, Augustinus similiter Magyary, necnon Georgius Elyes in Elyeshaza, item Colomannus Cheghe in Hogyá, Michael Chege, Urbanus Cheghe, Mathias et Emericus similiter Cheghe dicti in eadem Hogyá, Iohannes Urban in Watha, Cosma Penzes, Thomas Penzes, Sebastianus Penzes in {de} Felsewyanok et Lucas Byby in {de} Chepeny, possessionibus scilicet earundem dominarum exponencium omnino in comitatu Posoniensi existentibus habitis commorantes instar aliorum nobilium predialium ipsarum dominarum exponencium, temporibus scilicet debitis et ad id congruis eisdem dominabus exponentibus consequenterque hominibus et familiaribus ipsarum in \medium/ eorundem nominibus et in personis ipsarum deputatis certis solutionibus solutionumque ac taxarum sive etiam serviciorum generibus obligati fuerint obligarenturque etiam modo, tamen prefati nobiles prediales, nescitur, quibus respectibus, a certis iam temporibus retroactis se \ab/ huiusmodi solutione taxarum atque etiam serviciorum generibus ipsis dominabus exponentibus modo premissis fieri debentibus penitus retraxissent seque nobiles et huius regni nostri fore pretenderent et allegarent et per has allegaciones ipsorum prefatis dominabus exponentibus nulla servicia, nullas etiam solutiones seu taxas facerent et exolverent, sed in bonis et iuribus ipsarum dominarum<sup>a</sup> exponencium possessionariis preter omnem voluntatem ipsarum tenerent et foverent etiam de presenti. Ceterum nobilis Matheus Bely de prefata Magyar, nescitur, quorum fretus consilio, superioribus annis quendam locum molendini ipsarum dominarum exponencium in fluvio Danubii, in facie videlicet possessionis dictarum dominarum exponencium Wywasar vocate, in iam dicto comitatu Posoniensi existentis habitum pro se ipso minus iuste et indebite viaque iuris sine omni occupasset occupatumque teneret et conservaret etiam de presenti potencia mediante in preiudicium et dampnum dictarum dominarum exponencium valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas Chorba de Magyar, aut Paulus similiter Chorba de eadem Magyar, sive Benedictus de Chenke, aliis absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate evocet prefatos nobiles prediales ac prefatum Matheum Bely contra annotatas dominas exponentes ad octavas festi Beati Georgii martiris nunc venturi in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presenciam rationem de premissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi in eisdem octavis coram dicta nostra personali presenciam compareant sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri; et [po]st hec

huiusmodi inquisitionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et insinuatorum nominibus octavas ad predictas eidem nostre personali presencie suo modo fideliter rescribatis. Datum Bude, sabbato proximo post festum Beate Katherine virginis et martiris a[n]no Domini millesimo quing[en]tesimo [tercio].

<sup>a</sup> *Javítva possessionariisról.*

## 132.

### 1504. február 4.

*A pozsonyi káptalan jelenti II. Ulászló királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte Szécsényi Miklós kanonokot, akinek jelenlétében Magyarai Csorba [...] királyi ember kivizsgálta a parancslevélbe foglalt panaszt, és az abban feltüntetett személyeket Bibi Lukács kivételével megidézte Szent György nyolcadára a király személyes jelenléte elé.*

Lyukas papíron (29,6×28,7 cm). Hátlapon külzet (*Personali presencie regie maiestatis pro nobilibus Stephano Magyary et Augustino similiter Magyary ac aliis intra nominatis contra religiosas dominas sanctimonialis claustris Beate Marie virginis Veteris Budensis ad octavas intra scriptas inquisitionis, evocacionis, insinuacionis relacionis par.*), kancelláriai jegyzet (*Lecta*), zárópecsét töredékei. DL 37541. (Olgay cs. lt.).

Serenissimo principi, domino Wladislao, regi Hungarie et Bohemie etc., domino ipsorum graciosissimo capitulum ecclesie Posoniensis oracionum suffragia devotarum perpetua cum f[id]elitate. Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem inquisitorias, evocatorias et insinuatorias pro parte [rel]igiosarum dominarum sanctimonialium [cla]ustri Beate Marie virginis Weteris Budensis contra nobiles prediales earundem domin[arum] nobis preceptorie loquentes summa c[um] obediencia] recepisse in hec verba: *Következik II. Ulászló 1503. dec. 2-i parancslevele (ld. 132. sz.).* Nos ita[que] mandatis v(estre) s(erenitatis) ad plenum obediens, ut tenemur, [un]acum prenomi[nato ...] Chorba de Magyar ho[m]jine v(estre) s(erenitatis) [nost]rum hominem, videlicet honorabilem magistrum Nicolaum de Zechen, socium et concanonicum nostrum ad premissa suo modo exsequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt ordine tali, quod ipsi in festo Conceptionis Marie virginis proxime transacto<sup>1</sup> in comitatu Posoniensi pariter procedendo ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, palam et in

oculto de premissis diligenter inquirendo omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eodem modo fore et esse actaque et patrata fuisse rescivissent et comperissent, prout v(estre) s(erenitati) expositum extitisset tenorque litterarum eiusdem prescriptarum per omnia contineret, verum facta huiusmodi inquisicione dictus homo v(estre) s(erenitatis) ipso nostro testimonio presente eo die memoratos Stephanum Magyary, Augustinum similiter Magyary ac alios prescriptos dempto solum prefato Luca Byby ad octavas festi Beati Georgii martiris nunc venturi de porcionibus ipsorum possessionariis pretitulatis v(estre) s(erenitatis) personalem evocasset in presenciam rationem de premissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram dicta personali presenciam eiusdem v(estre) s(erenitatis) compareant sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod dictaverit equitas iuris; seriem itaque huiusmodi inquisicionis, evocacionis et insinuacionis cum evocatorum et insinuatorum nominibus octavas ad predictas<sup>a</sup> eidem personali presencie v(estre) s(erenitatis) duximus fideliter rescribendam. Datum quinquagesimo nono die diei inquisicionis, evocacionis et insinuacionis prenotate anno Domini millesimo quingentesimo tercio.

<sup>a</sup> *Tévesen preditas.*

<sup>1</sup> [1503.] *dec. 8.*

## 134.

### 1504. november 14., Buda

*Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró [kéri] a pozsonyi káptalant, [hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember] iktasson vissza örökjogon Olgyay Csege Mátyásnak egy egyházasmagyari kúriát a hozzá tartozó 18 holdnyi földdel.*

**Átírása:** Perényi Imre nádor, 1507. nov. 14. DL 37537. (Olgyay cs. lt.). Ld. 136. sz. — **Említése:** Pozsonyi kápt., 1507. dec. 17. DL 37543. (Olgyay cs. lt.). Ld. 137. sz.

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Posoniensis comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn, iudex curie serenissimi principis, domini Wladislai, Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc., necnon waywoda Transsilvanus et <Siculorum comes> amicciam paratam cum ho[n]ore. Noveritis, quod cum ob

contradictoriam inhibitionem statucionis totalium possessionum nobilis condam Abrahe de Thankhaza Thankhaza predicte<sup>a</sup> ac Loocz vocatarum, necnon predii Salamon vocitati, item totalium porcionum possessionariarum eiusdem in possessionibus Belwatha, Gomba, Madaraz, Bwsthelek alio nomine Kysianok et Eghhazasmagyar vocatis, omnino in comitatu Poseniensi existentibus habitarum, reverendum dominum Georgium, nunc episcopum ecclesie Waradiensis et nobilem Andream Wyzkezy de Borsa per defectum seminis dicti condam Abrahe regie donacionis titulo concernencium iidem dominus Georgius episcopus et Andreas Wyzkezy legitime evocacionis modum observando nobiles dominas Magdalenam, filiam condam Nicolai Thankhazy, consortem Sebastiani Magni, Veronicam, relictam prefati condam Abrahe Thankhazy, Annam, filiam eiusdem ab ipso Abraham susceptam, consortem scilicet Michaelis Zom[o]r de Pokatheleke, item Margaretham, Potencianam et Agatham, filias condam Georgii Wathay et Mathiam Chege de Ogya contra se ad octavas festi Beati Georgii martiris proxime preteriti nostram in presenciam duabu[s] statucionibus legitimis superinde primum prehabitis traxissent<sup>b</sup> in causam et ab eisdem octavis causa parcium predicta partes inter easdem seriebus litterarum nostrarum prorogatoriarum ventilando presentes octavas festi Beati Michaelis arch[ang]eli dilative attigisset. Ipsi itaque octavis instantibus Mathias de Cheged pro prefato domino Georgio, episcopo ecclesie Waradiensis cum eiusdem et Andrea Wyzkezy de Borsa cum nostris litteris procuratoriis nostram veniens in presenciam [e]t prescriptas possessiones ac porciones possessionarias prelibati condam Abrahe Thankhazy exhibicione quarundam litterarum prefati domini nostri regis donacionalium, Bachie, die dominico proximo post festum Beati Martini episcopi et confessoris in anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto transacto preteritum ad propriam commissionem suam regiam in papiro patenter confectarum sigilloque suo in inferiori margine impressive communitarum<sup>1</sup> anno[tati]s domino Georgio episcopo et Andree Chorba pertinere debere volens declarare easdem litteras ipsius domini nostri regis donacionales nostrum iudicarium producere curaverit in conspectum, quibus productis idem Mathias de Cheg[ed], legitimus procurator dictorum actorum in personis eorundem causam premissam quantum ad ius regium in possessionibus Gomba et Bwsthelek predictis per eosdem actores modo preallegato impetratum cum onere consueto condescendi faciendo rationem premisse contradictorie inhibitionis assignari postulavit per in causam attractos prenotatos.

Quo percepto Nicolaus de Wezele pro prefatis dominabus, Magdalena, filia dicti condam Nicolai Thankha[zy], Veronica, relicta prelibati condam Abrahe, filia utputa condam Thome de Gomba, Anna, filia eiusdem domine Veronice,

necnon Margaretha, Potenciana et Agatha, filiabus dicti condam Georgii Wathay a[c] Mathia Chege de Ogya in causam attractis cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Poseniensis in eandem nostram exurgendo presenciam respondit tali modo, quomodo prescripte possessiones et porciones possessionarie per prefatos dominum episcopum et [A]ndream Wyzkezy actoribus a prefato domino nostro rege modo premissis impetratis ad maiestatem regiam minime forent devolute eo, quod eedem prefatas dominas in causam attractas optimo iure concernerent s[i]cque maie[sta]s regia easdem dictis domino episcopo et Andree Wyzkezy conferre de iure nequaquam valisset et in huius documentum, quod scilicet preallegate possessiones et [por]ciones possessionarie ipsas dominas optimo iuris titulo concernant, cum idem Nicolaus de Wezele nonnullas litteras et litteralia instrumenta factum ipsarum possessionum et porcionum possessionariarum tangentes et concernencia coram nobis exhibuisset, inter alia litteralia instru[ment]a pro parte et in persona prenominati Mathie Chege de Ogya quasdam litteras serenissimi principis, condam domini Mathie, regis Hungarie etc. laudande memorie fassionales in papiro patenter confectas sig[il]loque suo iuridico in inferiori margine impresse consignatas nostro iudiciario examini curavit exhibere hunc tenorem continentis: *Következik I. Mátyás 1488. máj. 29-i oklevele (ld. 129. sz.).*

Quarum quidem litterarum per procuratorem ipsarum parcium produccionibus in alterutrum factis continenciisque earundem seriose interlectis eisdemque procuratoriis partibus suis per nos in premissis iu[r]is equitatem iusticieque complementum elargiri postulantibus, quia in examine presentis prenarrateque cause ante latas possessiones Thankhaza et Loocz ac predium Salamon, necnon porcionem possession[ar]iam in ipsa possessione Belwatha existentem demptis quibusdam viginti sex iugeribus terrarum arabilium, item alias porciones possessionarias in dictis possessionibus Madaraz et Eghazasmagyar habitas dempta tantummodo pretacta curia iobagionali in eadem possessione Eghazasmagyar<sup>e</sup> inter curiam nobilitarem Gregorii Magyar dicti ac curiam iobagionalem parochialis ecclesie Sancte Crucis de eadem Eghazasmagyar adiacente, iuri regio ex eoque ante fatis domino Georgio episcopo et Andree Chorba, prescriptas deinde possessiones Gomba et Bwsthelek alio nomine Kysianok simulcum prenotatis viginti sex iugeribus terrarum arabilium in territorio dicte possessionis Watha adiacentibus memoratis dominabus, Veronice, relicte ipsius condam Abrahe, filie videlicet ante lati condam Thome de Gomba et A[n]ne, filie eiusdem domine Veronice, ex ipso condam Abraham suscepte, prenarratam siquidem curiam iobagionalem in prenotata possessione Egghazasmagyar inter curiam nobilitarem Gregorii [Magyar] dicti ac curiam iobagionalem ipsius ecclesie Sancte Crucis

— ut prefertur — adiacentem, alias utputa <per> prenotatum condam Iacobum filium Nicolai de Ogya, patrem dicti Mathie in cau[s]am att[racti eidem A]brah[e] Thanhazy<sup>c</sup> sub preinserta condicione datam et collatam unacum prescriptis decem et oc[to] iugeribus terrarum vigore preexhibitarum litterarum dicti condam domini Ma[t]hie [regis Hungarie ...]s verbotenus insertarum rursus et iterum in ipsum Mathiam de Ogya derivata[m et] condensam eidem Mathie cum his semper, quibus congruit, [... ...] adjudicando ac eidem per [... ... Eghazasma]-gyar consequenterque dicte curie iobagionalis in ea[dem ... .. decem] et octo [iu]gerum terrarum vicinis et commetaneis eius[dem] uni[versis ... ..] restatuet eandem curiam iobagionalem ac decem et octo [iugera terrarum ... s]imulcum cunctis eiusdem et earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet [... .. her]e-  
dibus et posteritatibus universis cum his, quibus congruit, iure sibi ex premiss[is] incum[benti] perpetuo possidendam contradiccione prefatorum domini Georgii episcopi et Andree Chorba et alio[rum q]uorumlibet previa ratione non obstante; et post hec huiusmodi possessionarie restatucionis seriem, ut fuerit expediens, ad octavas festi Beati Georgii martiris proxime venturi legitime perdurandas prefato domi[no n]ostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, quadragesimo die octavarum festi Beati Michaelis archangeli predictarum anno Domini millesimo quingentesimo quarto<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Tévesen predicta. <sup>b</sup> Tévesen traxisset. <sup>c</sup> Így! <sup>d</sup> Az írnok által javítva septimoról.

<sup>1</sup> Ld. Eszterházy oklt. 111–112. p. (83. sz.).

## 135.

### 1507. augusztus 24., Buda

*Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró kéri Pozsony megye hatóságát, hogy egy vagy kettő közülük szólítsa fel Tejedi Tamást, hogy fogadja el a felsorolt olgyai nemesektől azt a pénzösszeget, amelyért ki akarják váltani a nála zálogban lévő nemesi telket. Ha ezt nem tenné meg, idézzék a király jelenléte elé.*

Szakadozott és lyukas papíron (27,8×18,2 cm). Szöveg alatt papírfelzetes pecsét és kancelláriai jegyzet (*Lecta*). DL 37542. (Olgay cs. lt.).

Comes Petrus, comes [de Sancto] Georgio et de Bozyn, iudex curie serenissimi principis, domini Wladislai, Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. necnon

w[ayuo]da Transsilvanus et Siculorum comes egregiis et nobilibus viris, comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Poseniensis ami[cic]iam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Mathie de Ogya, Emerici et Michaelis Chege de eadem Ogya et Mathei consimiliter de eadem, quomodo ipsi de et super illa pecuniarum sumpma, pro qua alias quedam sessio seu curia nobilitaris eorundem exponencium in possessione Eghhazasmagyar vocata, in comitatu Poseniensi existenti habita apud manus nob[il]is Thome de Theyed titulo pignoris haberetur, satisfaccionem impendere eandemque sessionem seu curiam nobilitarem eorum ad se redimere prompti essent et parati vellentque iure admittente et lege regni requirente. Super quo vestras egregietates et nobilitates presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum vel duos ex vobis transmittatis, qui erga prefatum Thomam de Theyed accedendo ammoneat eundem dicatque et committat eidem verbo regio, ut ipse pretactam pecunie sumpmam, pro qua — ut profertur — predicta sessio seu curia nobilitaris in dicta possessione Eghhazmagyar existens apud manus ipsius premissio pignoris titulo existeret, ab eisdem exponentibus tollere et levare eandemque sessionem seu curiam nobilitarem eisdem remittere et resignare debeat et teneatur. Qui si fecerit, bene quidem, alioquin partibus predictis ad unum certum et brevem terminum vestri in presenciam convocatis auditisque earundem proposicionibus et allegacionibus iuxta contenta generalis novissimi decreti pridem in campo Rakos editi partes inter easdem c[a]usam ipsorum huiusmodi iusto iuris tramite discutere et adiudicare, et [s]i qua parcium super eiuscemodi vestro iudicio forsitan<sup>a</sup> con[ten]tari noluerit, extunc vos causam eandem simulcum tota serie et pro[c]essibus eiusdem in curiam regiam, prefati scilicet domini nostri regis in presenciam ad terminum per litteras vestras eisdem partibus prefigendas transmittere velitis et debeatis revidendam discuciendamque et finaliter terminandam, secus communis iusticie \causa/ non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, [in] f[es]to [Be]ati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

<sup>a</sup> Utána egy szó áthúzva.

### 136.

#### 1507. november 14., Buda

*Perényi Imre nádor kéri a pozsonyi káptalant, hogy küldje ki hiteles emberét, aki nek jelenlétében az egyik, a királyi udvarból kiküldött nádori ember hajtsa végre*

*a Szentgyörgyi Péter országbíró 1504. november 14-i parancslevelében foglaltakat, majd a káptalan teygen jelentést.*

Lyukas és szakadozott papíron (42,1×44 cm). Hátlapon alig olvasható külzet (*Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Posoniensis pro nobili Mathia Chege [d]e Ogya contra nobilem Andream Wyzkewzy de [Bors]a.*), kancelláriai jegyzet (*[Presentata et extradata in [sede] per m[agistrum Iohannem] Ellgy. Coram me, magistro Fr[an]cisco de Mcha. Et coram me, magistro Matheo de Mzgy. Ad iudicem.*), papírfelzetes zárópecsét. DL 37537. (Olgyay cs. lt.). — **Említése:** 1. Pozsonyi kápt., 1507. dec. 17. Ld. **137.** sz. 2. Perényi Imre nádor, 1511. okt. 31. Ld. **139.** sz.

Amicis suis reverendis, [cap]itulo ecclesie Posoniensis Emericus de Peren, comes perpetuus comitatus Abawywariensis ac regni Hungarie pal[atinus] et iudex Comanorum amicicium paratam cum honore. Noveritis, quod nobis tricesimo septi[mo] die octavarum festi Beati Michaelis archangeli<sup>1</sup> unacum nonnullis dominis prelati, baronibus magistrisque prothonothariis et regni nobilibus, sedis scilicet nostre iudicarie iuratis coassessoribus in eadem sede nostra iudicaria sedentibus nobilis Mathias Chege de Ogya nostram personaliter veniendo in presenciam quasdam litteras spectabilis et magnifici domini comitis Petri, comitis de Sancto Georgio et de Bozyn, iudicis curie regie, necnon waywuode Transsilvani et Siculorum comitis adiudicatorias in papiro clause confectas ex transmissione eiusdem iudicis curie regie nostri in presenciam facta nobis presentavit hunc tenorem continentes: *Következik Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró 1504. nov. 14-i parancslevele (ld. 136. sz.).* Quibus exhibitis et presentatis prefatus Mathias Chege allegavit eo modo, quomodo ipse certis et admodum arduis suis negociis prepeditis prescriptas litteras annotati domini comitis Petri adiudicatorias debito tempore executioni demandari facere nequivisset<sup>a</sup>, ob hoc, si iuri consonaret et equitati videretur, extunc ipse premissam annotati domini Petri iudicariam commissionem atque deliberacionem executioni demandari facere vellet, et quia allegacio prefati Mathie Chege iusta et iuri consona admittentibusque nobis ac prefatis dominis prelati, baronibus magistrisque prothonotariis et predicti regni nobilibus, sedis scilicet nostre iudicarie iuratis coassessoribus fore videbatur, pro eo vestram amicicium presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus Lack de Chenke, vel Andreas Kakas de Kakashaza, aut Gervasius de Naghabon, sin Valentinus Sandor de Kysmagyar, seu Blasius litteratus de Gerchyka, aliis absentibus homo noster de curia regia per nos ad id specialiter t[r]ansmissus prescriptas litteras annotati comitis Petri adiudicatorias quoad omnes earundem continencias, clausulas et

articulos peragat, perficiat et exequatur effective variacione sine omni; et post hec tocius inibi peracti negocii seriem, ut fuerit expediens, ad octavas festi Beati Georgii martiris nunc venturi legitime perdurandas nobis suo modo rescribatis. Datum Bude, quadragesimo die octavarum festi Beati Michaelis archangelii predictarum anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

<sup>a</sup> *Tévesen nquivisset.*

<sup>1</sup> [1507.] nov. 11.

### 137.

#### 1507. december 17.

*A pozsonyi káptalan jelenti Perényi Imre nádornak, hogy parancslevele értelmében kiküldte Komjáti Benedek kanonokot, akinek jelenlétében Csenkei Lack István nádori ember bevezette Olgyay Csege Mátyást egy egyházasmagyi jobbágykúria és a hozzá tartozó 18 holdnyi föld birtokába, azonban Vízközi Borsa András és Illésházi Illyés György repulzióval éltek.*

Lyukas papíron (43,6×29,5 cm). Hátlapon külzet (*Domino palatino pro nobili Mathia Chege de Ogya contra nobilem Andre[a]m Wyzkezwy de Borsa super quad[a]m possessionaria restatucione per palatin[a]lem et nostrum homines modo intra scripto facta ad octavas festi Beati Georgii martiris proxime venturi legitime perdurandas repulsionis relacio.*), zárópecsét nyoma. DL 37543. (Olgyay cs. lt.). — **Említése:** Perényi Imre nádor, 1511. okt. 31. Ld. **139.** sz.

Spectabili et magnifico domino, Emerico de Peren, comiti perpetuo comitatus Abawywariensis ac regni Hungarie palatino et iudici Comanorum, amico eorum honorando capitulum ecclesie Posoniensis amicitie et honoris continuum incrementum. Noverit eadem vestra magnificencia nos litteras vestras exequatorias, litteras viri magnifici domini comitis Petri, comitis de Sancto Georgio et de Bozyn, iudicis curie regie, necnon wayvode Transsilvani et Siculorum comitis adiudicatorias, modum et formam sue iudicarie deliberacionis super quadam possessionaria<sup>b</sup> restatucione coram nostro testimonio fieri debente exprimentes<sup>1</sup> in se insertive continentes, pro parte nobilis Mathie Chege de Ogya contra nobilem Andream Wyzkewzy de Borsa Bude quadragesimo die octavarum festi Beati Michaelis archangelii de anno Domini subscripto emanatas nobisque amicabiliter loquentes et directas<sup>2</sup> sumpma cum honore recepisse,

iuxta q[u]arum continenciam unacum nobili Stephano Lacz de Chenke homine vestro palatinali, in eisdem litteris vestris exequutoriis inter alios homines vestros palatinales conscriptos nominatim expresso de curia regia per vos ad id specialiter transmissio nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Benedictum de Komyathy, socium et concanonicum nostrum ad ea, que in dictis litteris annotati dicti comitis Petri adiudicatoriis continentur, fideliter exsequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt in hunc modum, quomodo ipsi die dominico proximo ante festum Sancte Lucie virginis nunc preteritum<sup>3</sup> ad facies possessionis Eghhazasmagyar vocate in comitatu Poseniensi existentis consequenterque curie iobagionalis in eadem habite ac decem et octo iugerum terrarum in prescriptis litteris adiudicatoriis dicti domini comitis Petri expressate et denotatorum vicinis et commetaneis eiusdem, videlicet nobilibus Benedicto de dicta Chenke, vicecomite dicti comitatus Poseniensis et Clemente filio eiusdem Benedicti de eadem Chenke, necnon Mathia Fabyan de Kysmagyar, Ambrosio filio eiusdem et Iacobo Bende de eadem Kysmagyar, item Blasio Gyersokay de dicta Eghhazasmagyar/, Stephano Magyar, Urbano Sos, altero Stephano Nagh et Matheo Beely de predicta Eghhazasmagyar inibi legitime convocatis et presentibus accessissent ibique prefatus homo vester palatinalis ante dicto nostro testimonio presente restatuisset eandem curiam iobagionalem ac decem et octo iugera terrarum arabiliu simulcum cunctis eiusdem et eorundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet prefato Mathie actori suisque heredibus et posteritatibus universis cum his, quibus congruit, iure sibi ex premissa ipsius domini comitis Petri deliberacione incumbenti perpetuo possidendam contradiccione reverendi domini Georgii alias Waradiensis, nunc Quinqueecclesiensis ecclesiarum episcopi ac prefati Andree Chorba et aliorum quorumlibet previa racione non obstante factaque huiusmodi restatucione ibidem incontinenti prefatus Andreas Chorba demptis dictis curia iobagionali ac decem et octo iugeribus terrarum modo pretacto restatutis, quantum ad alia iura possessionaria condam nobilis Sigismundi Helmes de prefata Ogya ibi et ubique existencia repulsionem facere dixisset et [in] signum faciendi repulsionem ense nudum ostendisset, post hec prandio subsecuto et peracto post idem prandium nobilis Georgius Illyes de Illyeshaza in predicta curia iobagionali hospicium habens ipsos vestrum et nostrum homines bis post sese suo servicio mediante in dictam curiam iobagionalem ad se voc[a]re fecisset. Qui quidem vester et noster homines vocati ad primam vocacionem ire rennuentes, secunde voca[cio]ni acquievissent et illuc unacum nonnullis ex predict[is] vici[nis] et commetaneis in dictam curiam iobagionalem et ad ipsum Georgium Illyes accessissent, qui Geo[rgi]us Illyes tam super dictis curia iobagionali

ac dec[em et octo iuger]ibus terrarum, quam omnibus aliis quibuscumque iur[ibus e]t porcionibus poss[essionariis pre]dicti condam Sigismundi [Helmes] rest[atucion]is repulsion[em ... ..]que ostendisset [si]cque repulsionem fecisset [a]sserendo, quod super eis[dem] compositio interveniss[et], postremo hac repulsionem p[er] ipsum sic facta minime conte[ntus ...]ctis sibi quibusdam suis in hac parte complicibus preordinatis, utputa nobilibus Thoma Theedy de T[he]jed in predicta curia nobilitari residente, Martino Zer[has] de Zerhashaza ac providis Martino Bayoth eiusdem Martini Zerhas ac Alberto Chykos, Matheo Aranyaz, Michaele Pazthor, Luca, Simone Zelle [pre]fati Georgii Illyes, Andrea litterato et Petro predicti Thome Theedy familiaribus, item Andrea Fogas, Wolfgango filio Benedicti Nagh, Valentino Samoth, Iacobo Neboyzza, Georgio Chykos, Clemente Wyncze, Benedicto Fohnagh, Mathia Pethes, Clemente Henczel, Georgio Pazthor, Iohanne Barko, Michaele Sypos, Petro Wyd, Vitto Faythal dicto, Iohanne Vgordy et Benedicto filio Mathie Fohnagh iobagionibus annotati Georgii Illyes in predicta Illyeshaza commorantibus cum pixidibus repletis, balistis extensis et cuspidibus contra eosdem vestrum et nostrum homines necnon dictum Mathiam Chege insurexisset eosdemque vestrum hominem et dictum Mathiam Chege simulcum certis suis consanguineis ibidem secum existentibus in stuba dicte curie iobagionalis (nostro testimonio extunc iam ab eodem loco propter horas suas canonicas perficiendas absente et apud plebanum loci existente)<sup>c</sup> reclusisset et nisi ipse noster homo sic — ut prefertur — absens fuisset ac idem Georgius Illyes cum suis complicibus prenomminatis per prefatos Benedictum de Chenke vicecomitem, Clementem filium eiusdem, Mathiam Beely et Iacobum Bende piis verbis et magnis precibus mitigatus fuisset, ibidem eosdem usque ad unum nece miserabili interemisset, nec his contentus tempore serotino eiusdem diei prefatis vestro et nostro hominibus ac Mathia Chege cum suis consanguineis in domo proprii iobagionis eiusdem Mathie Chege in eadem Eghhazasmagyar habita, in qua pro hospicio condescendissent, constitutis prenotatus Georgius Illyes et sui complices prefati eosdem ad rixam provocando de pixidibus et balistis contra domum et hospicium eorum predictum ad centum emissiones globorum et sagittarum fecissent et nichilominus tabulam fenestre dicte domus et hospicii incussissent. Seriem itaque premissae executionis ad octavas festi Beati Georgii martiris proxime venturi legitime perdurandas ad relacionem prefatorum vestri et nostri hominum vobis suo modo duximus rescribendam litteras vestras capite sigilli nostri consi[gn]atas in specie remittendas. Datum sexto die diei executionis et repulsionis prenotatarum anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

Hátlapi perbeli feljegyzés: *Pro a(ctore)<sup>a</sup> Iohannes Mora de Balasethe cum Poseniensis, i(n causam attracti) Andreas Wyzkezy et Georgius Illyes signum.*

<sup>a</sup> Utána Nico áthúzza. <sup>b</sup> Utána reambulacione áthúzza. <sup>c</sup> Az írnok zárójelei.

<sup>1</sup> Ld. 134. sz. <sup>2</sup> Ld. 136. sz. <sup>3</sup> [1507.] dec. 12.

## 138.

### 1511. október 14.

*A pozsonyi káptalan előtt Gyoytótédi Illés Gergely és társai megnevezik ügyvédeküket.*

Lyukas papíron (21,4×17,2 cm). Hátlapon pecsét nyoma. DL 37545. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Poseniensis memorie commendamus, quod nobiles Gregorius Ilyes de Gyoythoted, Benedictus Morocz de Naghaban, G[eo]rgius Penzes de Felianok et domina Elena, consors Gregorii Ilyes de pretacta Gyoytoted coram nobis personaliter constituti in omnibus causis ipsorum et earum articulis tam per ipsos contra alios, quam per alios quospiam contra ipsos in quibuslibet terminis coram quovis iudice et iusticiario regni, ecclesiastico videlicet et seculari a data presencium per anni circulum motis vel movendis sese mutuo, item nobiles et egregios Georgium Ilyes de Ilyeshaza, Michaellem Zomor de Pokatheleke, Iohannem de Felpecz, Nicolaum de Vezelew, Iohannem Bathori, Andream Kakas de Kakasfalwa, Thomam et Petrum de Thed, Mathiam de Oggya, Iohannem Mora de Balasethe, Udalricum Dere de eadem, Gervasium Michaelis de Naghabany, Melchiorem de Chywth, Michaellem Bathori, Benedictum de Chywth, Martinum de Darocz et Valentinum Palphy fecerunt, constituerunt et ordinaverunt ipsorum veros et legitimos procuratores ratum atque firmum se promittendo habituros quicquid per se ipsos mutuo aut predictos ipsorum procuratores simul vel divisim, exhibitores videlicet seu exhibitorem presencium actum, factum et procuratum fuerit in causis ipsorum universis. Datum in die Calixti pape et martiris anno Domini millesimo quingentesimo undecimo.

## 139.

**1511. október 31., Buda**

*Perényi Imre nádor tudatja, hogy Borsai Vízközi András és Illésházi Illés György nem jelentek meg előtte Olgyay Csege Mátyás ellen a kitűzött időpontban, ezért megbírságolja őket, ha nem tudják magukat kimenteni.*

Szakadt és rongált papíron (22×14,5 cm). Hátlapon külzet (*Pro nobili Mathia Chege de Ogya contra egregios Andream Wyzkewzy de Borsa et Georgium Illyes de Illyeshaza ex violenta repulsione iudicialis, Poseniensis.*), alatta (*[E]xtradata in decima per Bolyary és Milethynczy.*) és jobb alsó sarokban (*Lecta*) kancelláriai jegyzetek, zárópecsét töredékei. DL 37546. (Olgyay cs. lt.).

Nos, Emericu[s] de Peren, comes perpetuus comita[tus A]bawywariensis, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, [quod] Iohannes More de Balasethe pro nobili Mathia Chege de Ogya cum p[r]ocuratoris litteris capituli ecclesie Poseniensis contra egregios Andream Wyzkewzy de Borsa e[t] Georgium Illyes de Illyeshaza ab octavis festi Beati Michaelis archangeli proxim[e] preteriti viginti et quinque diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in aliis litteris nostris adiudicatoriis<sup>1</sup> et capituli ecclesie Poseniensis exinde rescripcionalibus<sup>2</sup> contentis discussionem reportate seriei cuiusdam violente repulsionis recepturos nostram in presenciam non venerunt neque miserunt, unde ipsos in iudiciis commisimus fore convictos, si se racionabiliter non poterint excusare. Datum Bude, vigesimo sexto die octavarum festi Beati Michaelis archangeli predictarum anno Domini millesimo quingentesimo undecimo.

Hátlapi perbeli feljegyzések: *Pro in (causam attractis) Andreas Chorba<sup>3</sup> cum nostris pet[it] par, i(n causam attractus) promisit portare ad hospicium.*

<sup>1</sup> Ld. 136. sz. <sup>2</sup> Ld. 137. sz. <sup>3</sup> Ti. Vízközi.

## 140.

**1511. (november 22. körül)**

*II. Ulászló király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember tiltsa el a megfelelő*

*hiteleshelyet az Olgyay Csege Mátyás és atyafiai részére kiadott nádori parancslevélbe foglaltak elvégzésétől, valamint idézze meg őket Illésházi György ellen a nádor elé.*

**Átírása:** Pozsonyi kápt., 1512. febr. 20. DL 37547. (Olgyay cs. lt.). Ld. 142. sz.

Wladislaus, Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fide[li]b[us] nostris, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et gratiam. Noveritis, quod pro parte et in persona fidelis nostri, nobilis Georgii Y[lyes] de Ylyeshaza nostre expositum extitit maiestati in hunc modum, qualiter alias inter ipsum exponentem ab una ac no[bilem] Mathiam Chege de Ogya et quosdam ali[o]s fratres suos condivisionales de eadem Ogya ex altera partibus pretextu qu[arundam] duarum sessionum iobagionalium in poss[essione] Eghazasmagyar vocata in illo comitatu Posoniensi existenti habitatum [causa] mota et vertente partes ipse adverse i[n] presentibus octavis festi Beati Michaelis archangeli proxime preteriti coram spectabili et magnifico Emerico de Peren, regni nostri Hungarie palatino et iudice Comanorum nostrorum procedendo ex eoque causa preinserta inter eundem exponentem et partes ipsas adversas ex causa prenotata habita de parcium concordie voluntat[e et] communi consensu finali ordinacioni et com[po]sicioni certorum proborum hominum fuisset submissa, et ob id pre[fa]tus exponens nec per se, sed neque eciam per procuratorem suum legitimum cause sue huiusmodi incumbere et advigilare scivi[sset], ante latus Mathias Chege et fratres sui prefati pro eorum parte contra ipsum exponentem coram prefato palatino eius[dem] regni nostri quasdam litteras adiudicatorias sentencio[n]ales vobis sonantes reportassent, vigore quarum eundem exponentem in [bonis] et iuribus suis possessionariis impedire et dampnificare vellent et niterentur in dampnum eiusdem exponentis mani[festum]; cum tamen, si ipse exponens fiducia dicte [co]mposicionis et ordinacionis prefatorum proborum hominum ductus non [...] per hocque cause sue premissa per se aut p[er] procuratorem suum legitimum invigilare et attendere scivisset iuraq[ue ... litteras] suas superinde confectas et emanata exhibere et [produ]cere potuisset, sperasset se idem exponens et causam suam prefata[m ... contra] partes adversas de facili defendere potuisset p[o]sseque speraret de presenti, supplicatum itaque extitit maiestati nostre in persona eiusdem exponentis humiliter, ut de opportuno iu[r]is remedio providere eidem superinde dignemur. Nos igitur, qui [huiusmodi casus] nocivos cunctorum subditorum nostrorum [in] processu iuridico contingentes per opportuna remedia in melius reform[are soliti] sumus, admissa supplicacione pro parte eiu[s]d[em] exponentis nobis superinde oblata id eidem exponenti de regie nostre po[te]statis plenitudine et gracia nostra speciali,

in quantum [ad] hoc de iure et consuetudine regni nostri admittimur, graciose duximus an[nuendum et] concedendum, ut ipse non obstantibus prescriptis litteri[s] adiudicatoriis sentencionalibus dicti palatini regni nostri singulisque processibus suis [exinde] qualitercumque secutis in causa eadem cora[m] dicto palatino regni nostri in octavis festi Beati Georgii martiris prox[ime ...] novum iudicium recipere litterasque et iura s[ua], si quas pro se habet confectas et emanata, exhibere et producere valeat a[tque possit]. Quocirca fidelitati vestre harum serie fir[miter pre]cipiendo committimus et mandamus, [qua]tenus acceptis presentibus [...] superinde [...] litte]ras relatorias, siquidem [...] a[di]u[di]c]atorias sen[tencionales ...] palatin[i ...] recommissa [...] part[i]bus adversis contra ipsum expone[n]tem [...] ada[...] et em[...] alter capitulo seu [c]onventu execu[cio ...] recommissa est, extunc vestrum [... ...], quo presente Mathias Hegy de Ilka, an [...]icus de eadem Ilka, sive<sup>a</sup> Ladis[laus ... ...], vel Blasius Zomor de Pokathelek, neve Gervasius de Naghabon, sive Stephanus [...] ... alii absentibus] homo noster ad loca dictorum capituli aut conventus, quorum scilicet alteri premissa executio [...] sentencionalium modo ante lato recommissa esse dinoscitur, accedendo inhibeat prefatum capitulum seu [conventum ...] ab executione seu extradacione executionis litterarum earundem pro parte ante dicti Mathie Chege et fr[atrum suorum ...] emanandarum et nichilominus evocet eosdem contra annotatum exponentem causa in premissa no[vum iudicium recepturos], necnon prescriptas litteras adiudicatorias sentencionales dicti palatini simulcum cunctis suis processibus et alias [eciam, si quas] superinde pro se habet confectas, exhibituros ad predictas octavas festi Beati Georgii martiris nunc vent[uri in curiam] nostram regiam, eiusdem scilicet palatini nostri in presenciam litis pendencia, si qua foret inter ipsos, [non obstante insinuando] ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram dicto palatino compareant prescriptasque l[itte]ras adiudicatorias sentencionales] simulcum dictis suis processibus et alia iura eorum exhibeant causaque in premissa novum [iudicium recipeant] sive non, idem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbit[ur expediri; et post hec huiusmodi inhibicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum et insinuatorum no[minibus octavas ad premissas] eidem palatino fideliter rescribatis, secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum [...] Beate Cecilie virginis anno Domini millesimo quingentesimo u[nde]cimo.

<sup>a</sup> *Utána Ma kihúzya.*

141.

**1512. február 16., Csataj**

*Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró kéri a pozsonyi káptalant, hogy adja ki Olgyay Csege Mátyás részére a II. Ulászló 1511. novemberi 22. körüli parancslevelére szóló jelentést.*

**Átírása:** Pozsonyi kápt., 1512. febr. 20. DL 37547. (Olgyay cs. lt.). Ld. **142.** sz.

Amicis suis [rever]endis, capitulo ecclesie Posoniensis comes Petrus, comes de Sancto [Georgio et] de Bozyn, iudex curie serenissimi principis, domini Wladislai, Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. amicicium pa[ratam cum] honore. Dicitur nobis in persona nobilis [Ma]thie Chege de Ogya, quod licet ipse in octavis festi Beati Michaelis ar[changeli] proxime preteriti coram spectabili et [mag]-nifico domino Emerico de Peren, comite perpetuo comitatus [Ab]a[wywariensis], regni Hungarie palatino et iudice Comanorum in quadam causa racione et pretextu cuiusdam sessionis iobagiona[lis, in] possessione Eghazasmagyar penes sessionem [io]bagionalem ecclesie parochialis in eadem Eghazasmagyar fun[date in comitatu] Posoniensi existenti adiacentis mota et sus[c]itata quendam pro sui parte extraxerit terminorum viceiteratam comp[leccionem], vigore cuius dictam sessionem iobagionalem idem exponens per hominem palatinalem et testimonium capituli ecc[lesie Budensis] pro se restatui facere procuraverit, tandem prefatus Georgius Illyes de Illyeshaza obtenta pro se gracia nov[i iudicii] ipsum capitulum Budense ab emanacione et extradacione litterarum execucionalium per vestrum testimonium vigore e[iusdem] graciae novi iudicii inhibuisset. Quarum quidem litterarum novi iudicii relacionem quadam ductus negligencia et as[tucia] pro sui parte extrahere et emanari facere hactenus distulisset, differet eciam impresenciarum memoratum exponentem in[...] iuribus opprimere et communem iusticiam in ha[c] parte occultare satagens, que cum nemini debeat abnegari, pro [eo] amicicias vestras presentibus petimus diligenter, q[uate]nus non obstante negligencia et astucia dicti Georgii Illyes de Illye[shaza] paria dictarum litterarum execucionalium graciae et novi iudicii memorato exponenti extradare et emanari facere [debeat] et teneamini communi iusticia admittente; caventes tamen, ne fraus et<sup>a</sup> dolus exinde eveniat aliqualis. Da[t]u[m in] possessione nostra Chathay, feria secunda proxima post festum Beati Valentini martiris anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo.

<sup>a</sup> *Javítva autról.*

## 142.

**1512. február 20.**

*A pozsonyi káptalan jelenti Perényi Imre nádornak, hogy II. Ulászló király parancslevele értelmében kiküldte Szilasi Péter kanonokot, akinek jelenlétében Jókai Hegy Mátyás királyi ember bemutatta parancslevelét a budai káptalannak, amelyre azt válaszolta, hogy tiszteletben tartja, valamint megidézte Olgyay Csege Mátyást és társait Illésházi György ellen a nádor elé.*

Csonka (jobb széle hiányzik) és lyukas papíron ([30]×72,3 cm). Hátlapon külzet (*Domino palatino pro nobili Mathia [Chege] de Ogya et aliis intra scrip[tis] contra [no]bitem Georgiu[m] Illyes] de Illyeshaza super [inhibi]cione, evocacione et insinuac[i]one a]d octavas festi Beati G[eorgii] martiris nunc venturi [...] petitionis [relacio].*), zárópecsét nyoma. DL 37547. (Olgyay cs. lt.).

Spectabili et magnifico domino, Emerico [de] Peren, comiti perpetuo comitatus Abawywariensis, regni Hungarie pa[latino] et iudici Comanorum, amico eorum honorando c[ap]itulum ecclesie Psoniensis amicie et honoris continuum incrementum. V[est]ra noverit magnificencia nos litteras spectabilis e[st] magnifici domini, comitis Petri, comitis de Sancto Georgio et de Bozyn, [iudicis curie] regie petitorias nobis amicabiliter loquentes et [directa]s ac feria secunda proxima post festum Beati Valentini martiris [proxime] preteritum<sup>1</sup>, die videlicet datarum earundem littera[um] per nobilem Mathiam Chege de Ogya nobis presentatas ho[no]re, quo [de]cruit, recepisse huiusmodi sub tenore: *Következik Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró 1512. febr. 16-i parancslevele (ld. 141. sz.).* Nos itaque amicabilibus petitioni[bus] prefati domini comitis Petri satisfacere volentes, ut tenemur, ad easdem [litteras] eiusdem domini comitis Petri taliter resp[ondendo] dicimus, quod nos alias litteras prefati serenissimi principis et domini, do[mini] Wladislai, Dei gracia regis Hungarie et Bohemie e[st], domini nostri] graciosissimi inhibitorias, evocatorias et insinuatorias nobis preceptorie [lo]qu[entes] et directas sump[er]a cum obediencia receperamus i[st]a hec] verba: *Következik II. Ulászló 1511. (nov. 22-e körüli) parancslevele (ld. 140. sz.).* Iuxta quarum continenciam unac[um] prefato Mathia] Hegy de Ilka, homine ipsius domini nostri regis nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Petrum de Zy[las, socium] et concanonicum nostrum ad premissa fidel[iter] peragenda nostro pro testimonio fidedignum duxeramus trans[mittendum]. Qui] tandem exinde ad nos reversi nobis [c]oncorderet retulerunt eo modo, quod feria secunda proxima [... festum] Beati Andree apostoli proxime preteritum<sup>2</sup> prefatus homo

dicti domini nostri regis ante dicto nostro testimonio [presente ... ..] ad honorabile capitulum ecclesie Budensis, cui executio huiusmodi litterarum adiudicatoriarum sentencionalium regius [... ..] accessisset ibique ipsum capitulum et canonicos capitulariter congregatos inhibuisset ab extrad[ac]ione [... ..] litterarum earundem pro parte ante d[icti] Mathie Chege et fratrum suorum predictorum emanandarum, qui [... ..] et capitulum visis et perlectis pre[... ..] r[es]pondissent [ea]sdem litteras honorare et [... ..] homo regius prefato nostro testimonio [presente ... ..] Mathiam Chege de Ogya ac Michaellem, Emericum, Io[hannem ...], Damianum et Mattheum similiter Chege dic[t]os de eadem Ogya, fratres scilicet dicti Mathie Chege in porcionibus [possessionariis] in possessione Nagymagyar, in comitatu Poseniensi existenti habitis contra annotatum Georgium Illyes exponentem [causa in] premissa novum iudicium recepturos, necnon pre[s]criptas litteras adiudicatorias sentencionales vestras simulcum cunctis suis [processibus] et alias eciam, si quas superinde pro se haberet confectas, exhibituros ad predictas octavas festi Beati Georgii [martiris proxime] venturi in curiam regiam, vestram scilicet evocasset in presenciam litis pendencia, si qua foret inter ipsos, no[n obstante] insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram vobis comparerent prescriptasque litteras [adiudicatorias] sentencionales simulcum dictis suis processibus et alia iura eorum exhiberent causaque in premissa novu[m iudicium] reciperent sive non, vos ad partis comparentis instanciam id faceretis in premissis, quod iuri videretur exp[ediri]. Datum feria] sexta proxima ante festum Cathedre Beati Petri apostoli anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo.

<sup>1</sup> [1512.] febr. 16. <sup>2</sup> [1511.] nov. 24. vagy dec. 1.

## 143.

### 1513. október 31., Nádasd

*Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró kéri a pozsonyi káptalant, hogy keresse ki a Felsőkismagyarra és Felsőjányokra vonatkozó okleveleket, és írja át azokat Felsőkismagyar Jakabfi Kálmán és Mixó János fia, Mihály részére.*

**Átírása:** Pozsonyi kápt., 1513. nov. 4. Ld. 144. sz. < Ua., 1517. máj. 15. DL 37468. (Olgyay cs. lt.). Ld. 146. sz.

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Poseniensis comes Petrus, comes de Sancto Georgio et de Bozyn, iudex curie serenissimi principis domini Wladislai,

Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Colomanni Iacobfia et Michaelis filii condam Iohannis Mixo de Felsewkysmagyar, quomodo quedam littere donacionales, fassionales, divisionales statutorieque et reambulatorie, factum possessionum Felsewkysmagyar et Felsewianok vocatarum in comitatu Poseniensi existencium habitatum, ipsos exponentes equali iure veluti ceteros fratres eorundem condivisionales possessionibus in predictis commorantes tangentes et concernentes ab ipsis exponentibus casualiter alienate forent et deperdite, quarum paria in vestra sacristia seu conservatorio dicte ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locate, quarum paribus nunc iidem exponentes pro iurium suorum sustentacione sumpme forent necessarii. Super quo amicitiam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus acceptis presentibus paria dictarum litterarum donacionalium, fassionalium, divisionalium statutoriarumque et reambulatoriarum factum — ut premittitur — dictarum possessionum Felsewkysmagyar et Felsewianok [tangencium et] concernencium in dicta vestra [sacris]tia seu conser[vat]orio dicte ecclesie vestre diligenter requiri et reinveniri faciatis requisitarumque et reinventarum, si eosdem annotatos exponentes rite et legitime concernere agnoveritis [... ..] litterarum v[est]rarum eisdem exponentibus iuris eorundem ad cau[tela]m emanari facere dareque et concedere [... ..] caventes tamen, ne fraus et [dolus] exinde eveniat aliqualis, secus igitur facere ne velitis. Datum in possessione Nadasd, fe[ria] secunda proxima ante festum Omnium Sanctorum anno Domini millesimo quingentesimo tredecimo.

#### 144.

##### **1513. november 4.**

*A pozsonyi káptalan Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró kérésére átírja a saját 1360. május 6-i és 1313. április 22-i okleveleit.*

Átírása: Pozsonyi kápt., 1517. máj. 15. DL 37468. (Olgyay cs. lt.). Ld. 146. sz.

Capitulum ecclesie Poseniensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in salutis Largitore. Ad universorum et singulorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras spectabilis et magnifici domini comitis Petri, comitis de Sancto Georgio et de Bozyn, iudicis curie regie requisitorias nobis amicabiliter loquentes et directas honore, quo decuit, recepimus in hec

verba: *Következik Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró 1513. okt. 31-i parancslevele (ld. 143. sz.).* Nos igitur amicabilibus [petici]oni[bu]s prefati [domi]ni [Petri comit]is in omnibus [satis]fac[e]re volente[s, ut] tenemur, prescripta paria dictarum litterarum factum — u[t] pre[mitti]tur — dictarum possessionum Feelsewksmagyar et Feelsewianok tangencium et concernencium in dicta nostra sacristia seu conservatorio dicte ecclesie nostre diligente[r r]equiri et reinven[iri] fecimus, ex quibus [...] reper[... ..] tenor sequitur [...]: *Következik a pozsonyi kápt. 1360. máj. 6-i privilegiális oklevele (ld. 46. sz.).* Secundarum vero est talis: *Következik a pozsonyi kápt. 1313. ápr. 22-i oklevele (ld. 17. sz.).* Post quarum quidem litterarum prefati domini comitis Petri requisitoriarum presentationem pariumque preinsertarum litterarum requisicionem et reinventionem earundem tenores presentibus litteris nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine d[i]minucione et au[gmento aliq]uali transcribi fecimus prefatorum exponencium iuris ad cautelam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas [ei]sdem exponentibus [duximus conce]dendas. Datum feria sexta inter octavas dicti festi Omnium Sanctorum anno Domini millesimo quingentesimo tredecimo supra dicto.

145.

**1516. január 21., Somorja**

*Pozsony megye hatósága tudatja, hogy Olgyay Máté és Mátyás kérésére kiküldte Kislégyi Péter szolgabíró, aki kivizsgálást tartott egy kúria és bizonyos lovak ügyében.*

Lyukas papíron (21,8×15,4 cm). Szöveg alatt az alispán töredezett pecsétje és a négy szolgabíró pecsétjének nyomai. Hátlapon külzet (*Pro nobilibus de Ogya contra intra scriptos relacio inquisicionis.*), kancelláriai jegyzet (*Parem cupit, habet.*). DL 37548. (Olgyay cs. lt.).

Nos, Iohannes Bornemyza, castellanus Budensis et comes ac iudices nobilium comitatus Posoniensis damus pro memoria, quod cum nos iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum preceptoriarum ad instantem et legitimam petitionem nobilis Mathei et Mathie de Ogya unum ex nobis, videlicet nobilem Petrum de Kysleeg, iudicem nobilium ad infra scriptam inquisicionem faciendam fidedignum duxissemus transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reversus nobis retulit eo modo, quomodo ipse in festo Beati Pauli primi heremite proxime transacto<sup>1</sup> infra

scriptos nobiles ad fidem [e]orum Deo debitam fidelitatemque domino nostro regi observandam requisitos et examinatos habuisset, egregius Stephanus Amade de Warkon, viceiudex curie regie ac nobiles Stephanus Laczk de Chenke, Albertus de eadem, Valentinus Saandor de Kysmagyar et Blasius Gyorsokay de Naghmagyar unanimiter<sup>b</sup> et concorditer fassi fuissent eo modo, quomodo ipsis peroptime constaret, quod dum et quando magister Stephanus Henczelly, prothonotarius iudicis curie regie adiudicacionem inter ipsos exponentes ac nobilem Georgium de Illyeshaza fecisset racione cuiusdam curie, in qua scilicet habitabat<sup>a</sup> Thomas de Theyed, tunc annotato Thome commisisset<sup>c</sup>, ut ipse censum huiusmodi curie eisdem exponentibus a tempore repulsionis persolvere integraliter teneretur ac post octo dies diei Beati Iohannis Baptiste tunc venturi<sup>2</sup> de dicta curia se amovere deberet; insuper idem Blasius Gyorsokay fassus fuisset, quando ipsum [i]dem Thomas racione certorum equorum per ipsos ablatorum ad eosdem exponentes transmisisset<sup>d</sup> ac eidem fide mediante promisisset, ut {ut} prefati exponentes dictos equos dimitterent, quicquid eisdem teneretur, per omnia persolvere vellet. Ad quorum fassiones dictorum testium eisdem exponentibus presentes litteras nostras inquisitorias duximus concedendas. Datum in Samaria, feria secunda proxima post festum Beatorum Fabiani et Sebastiani martirum anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

<sup>a</sup> *Javítva* habitatabatról. <sup>b</sup> *Tévesen* unanimiter. <sup>c</sup> *Szövegben* commisset. <sup>d</sup> *Szövegben* transmisset.

<sup>1</sup> [1516.] jan. 10. <sup>2</sup> [1516.] júl. 1.

## 146.

### 1517. május 15.

*A pozsonyi káptalan Kismagyari Benedek és Kálmán kérésére átírja a saját 1513. november 14-i privilegiális oklevelét.*

Lyukas és gyűrött hártján (55,1×28,3+8,1 cm), elhalványult írás. Pecsétje zsinórostul elveszett. DL 37468. (Olgyay cs. lt.).

Capitulum<sup>a</sup> ecclesie Poseniensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium Salvatore. Ad universorum et singulorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod honorabilis magister Petrus de Zylas, socius et

concanonicus noster nostri in medio personaliter constitutus nobis declarare curavit in hunc modum, quomodo feria secunda proxima post dominicam Quasi modo proxime preteritam<sup>1</sup> ipso magistro Petro nominibus et in personis nostris in sede iudiciaria comitatus Poseniensis Samarie constituto egregius ac nobilis Michael Konde vicecomes et iudices nobilium eiusdem comitatus Poseniensis pro faciendo moderativo iudicio causantibus<sup>b</sup> consedentes quasdam litteras in causa, que ibidem — ut dicitur — vertebatur et vertitur inter nobiles dominam Veronicam, filiam condam Iohannis Mixo de Kysmagyar, consortem vicelicet Iacobi Bende de eadem Kysmagyar ut actorem ab una ac Benedictum filium Mathie Loranth et Colomannum filium Iacobi similiter Loranth, necnon Michaellem filium Iohannis Mixo de predicta Kysmagyar velut in causam attractos partibus ab alia, per ipsas partes ibidem hincinde iudicialiter exhibitas et productas sibi magistro Petro tamquam persone nostre assignassent tali condicione, quod [dict]e littere penes ipsum magistrum Petrum personam nostram veluti manum communem usque ad festum Penthecostes<sup>c</sup> proxime affuturum<sup>2</sup> starent et interim, si que ex predictis partibus paria aliquarum premissarum litterarum habere et redimere vellent, extunc nos huiusmodi paria in transsumpto litterarum nostrarum talibus concederemus et ipso [fes]to Penthecostes<sup>c</sup> occurrente aut in die celebracionis iudiciorum ipsum festum Penthecostes<sup>c</sup> immediate sequente sive predictae partes huiusmodi paria pro se a nobis redimerent sive non, ipse magister Petrus easdem omnes litteras rursum ipsis [vi]cecomiti et iudicibus nobilium manibusque ipsorum reassignare et restituere deberet, adherentibus ibidem personaliter nostri in presencia prefatis Benedicto filio Mathie Loranth et Colomanno filio Iacobi similiter Loranth paria dumtaxat subinsertarum litterarum [a]b ipsis eligendarum<sup>d</sup>, qui pecierunt, ut easdem iuxta deliberacionem dictorum vicecomitis et iudicis nobilium de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali transscribi et transsummi tenoremque earundem litteris nostris privilegialibus inseri facere ipsisque dare et concedere dignaremur, quarum quidem litterarum tenor sequitur et est talis: *Következik a pozsonyi kápt. 1513. nov. 4-i privilegialis oklevele (ld. 144. sz.)*. Nos enim petitionibus prefatorum Benedicti filii Mathie Loranth et Colomanni filii Iacobi simi[liter] Lo[ran]th nobis per eosdem modo premissis factis tamquam iustis et legitimis i[nc]linati prescriptas litteras de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali transcribi et transsummi ac tenorem earundem presentibus litteris nostris privilegialibus inseri fecimus ipsorum Benedicti filii Mathie Loranth et Colomanni filii Iacobi similiter Loranth iurium uberiozem ad cautelam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas sepe dictis filio Mathie Loranth et Colomanno filio Iacobi similiter Loranth duximus

concedendas. Datum in festo Sanctarum Sophie vidue et filiarum eius anno Domini millesimo quingentesimo decimo sept[imo].

<sup>a</sup> *Díszes C kezdőbetű.* <sup>b</sup> *Tévesen causancium.* <sup>c</sup> *A szövegben itt és máshol Pentecosten.* <sup>d</sup> *Talán electarum helyett.*

<sup>1</sup> [1517.] ápr. 20. <sup>2</sup> [1517.] máj. 31.

## 147.

### 1519. március 12.

*A pozsonyi káptalan előtt Olgyay Mihály fia, Máté és Imre fia, János a felsorolt testvéreik nevében is eltiltják Nagyabonyi Enyed Ferenc özvegyét, Ilonát és fiát, Mártont néhai Olgyay Csúnya Pál birtokrészének használatától.*

**Jegyzőkönyvi bejegyzés:** SNA, Pozsonyi kápt. hh. lt., Protocollum V/1. 287. p. A bejegyzés után kancelláriai jegyzet (*Solvit.*). — **Másolata (M):** DL 37578. (Olgyay cs. lt.).

Quod nobiles Mattheus filius Michaelis et Iohannes filius Emerici de Ogya in ipsorum ac nobilium Mathie filii Iacobi <sup>a</sup>et prefati<sup>a</sup> Emerici, patris dicti Iohannis, necnon<sup>b</sup> Clementis filii dicti Michaelis, fratrum scilicet uterinorum eorundem Matthei et Iohannis de prefata Ogya ad nostram personaliter venientes presenciam nobilem dominam Helenam relictam condam nobilis Francisci Egyed<sup>c</sup> de Naghaban et Martinum filium eiusdem domine Helene a prefato Francisco Egyed<sup>c</sup> susceptum et alios quoslibet a detencione totalis porcionis possessionarie nobilis condam Pauli Chuna de pretacta Ogya in eadem possessione Ogya in<sup>d</sup> comitatu Poseniensi existenti habite, necnon usu<sup>e</sup> fructuum et<sup>f</sup> quarumlibet utilitatum percepcione seu percipi faccione qualitercumque iam factis vel faciendis prohibuerunt<sup>g</sup> contradicendo et contradixerunt inhiendo coram nobis publice et<sup>d</sup> manifeste vigore presencium mediante. Datum in festo Beati Gregorii pape anno Domini 1519.

<sup>a-a</sup> *M-ben filii ejusdem.* <sup>b</sup> *M-ben et.* <sup>c</sup> *M-ben Enyed.* <sup>d</sup> *M-ben nincs.* <sup>e</sup> *M-ben usus.* <sup>f</sup> *M-ben ac.* <sup>g</sup> *M-ben prohibuerint.*

Megj.: Az oklevelet a pozsonyi káptalan jegyzőkönyvének szövege (lényegében csak a *Nos, capitulum ecclesie Poseniensis memorie commendamus* formula hiányzik, valamint az évet arab számok-

kal írták) alapján publikálom, mert az egyértelműen korhűbb, ráadásul a másolatban sok hiba található.

148.

**1526. január 3., Somorja**

*II. Lajos király megparancsolja Nyéki Zeke Ulrik Pozsony megyei szolgabírónak, hogy Olgyay Mihály fia, Mátyás kérésére szólítsa fel válaszadásra Nádasdi Albert mestert és Olgyay Márton Mátét egy aranygyűrű ügyében a személynök jelenlétében.*

Szakadozott papíron (21,1×19 cm). Szöveg alatt papírfelzetes pecsét. Hátlapon kancelláriai feljegyzés (*Mathei de Ogya.*). DL 37549. (Olgyay cs. lt.).

Ludovicus, Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro, nobili Udalrico Zeke de Nyek iudici nobilium comitatus Poseniensis salutem et gratiam. Mandamus fidelitati tue harum serie firmiter, quatenus acceptis presentibus egregium magistrum Albertum de Nadasd et nobilem Matheum Marthon de Ogya ad instanciam nobilis Mathei \filii Michaelis/ de Ogya ad tercium diem a die ammonicionis exhinc fiende computandum in presenciam personalis presencie nostre locumtenentis, iudicis utputa per nos ad comitatum Poseniensem predictum ad supplicacionem universitatis nobilium dicti comitatus pro revidendis universis causis factum brevium ac bre[vi]s brevium iudiciorum tangentibus cum plena auctoritate maiestatis nostre missi et deputati ad accionem et acquisitionem prefati Mathei Ogay<sup>a</sup> racione cuiusdam anuli aurei de iure responsurum ammonere et post hec huiusmodi ammonicionis tue exhinc fiende in presenciam personalis presencie nostre locumtenentis suo modo fideliter referre debeas et tenearis. Datum in oppido Samaria, feria quarta proxima post festum Circumcisionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Hátlapi perbeli feljegyzések: 1526<sup>1</sup> *ammoniti per<sup>b</sup> Udalricum Zeke iudicem nobilium feria quinta ante festum Epiphaniarum Domini.*<sup>2</sup> 1526 *feria quarta post Epiphaniarum*<sup>3</sup> *pro a(ctor) \Simon/ Kysleeg cum nostris, pro i(n causam attractis) Sarkay similiter cum nostris, pro parte magistri Alberti revisio cause est prorogata causa fiende pacis, pro alio i(n causam attracto), scilicet Matheo Marthon Lucas Balog \de Kysmagyar/ cum nostris; a(ctor) dixit, quod apud ipsum i(n causam attractum) haberentur titulo [pi]gnoris*

*XIII terre arabiles {titulo pignoris} pro quarta puellari et vult istas pecunias plene ad se redimere<sup>e</sup> et in huius documentum a(ctor) exhibuit litteras capituli Posoniensis fassionales in papiro patenter transsumptive confectas. I(n causam attractus) petit par, habet, simul solvit precium. Feria sexta post Pauli Heremite<sup>4</sup> i(n causam attractus) dicit terras per a(ctorem) aquirendas non fore in suis manibus, ideo a(ctor) mittatur ad restatucionem. Idem a(ctor) contra magistrum Albertum dixit, superioribus annis eidem i(n causam attracto) dedisset in Owar vivente adhuc Petro Groff unum anulum aureum valentem florenos auri sex in pignore in florenis, d(enariis) XV, cupit pignus rehabere ammonendo cum summa. I(n causam attractus) petit probari anulum sibi datum fore, i(n causam attractus) noluit respondere, ideo fiat satisfaccio, tandem i(n causam attractus) submisit iuramento solius a(ctoris). In quantum<sup>d</sup> pre manibus I poterunt reperi<sup>e</sup>.*

<sup>a</sup> Így! <sup>b</sup> Utána Udall áthúzva. <sup>c</sup> Valamiről javítva. <sup>d</sup> Utána prefatus áthúzva. <sup>e</sup> Talán reperiri helyett.

<sup>1</sup> Tévesen 1525. <sup>2</sup> [1526.] jan. 4. <sup>3</sup> [1526.] jan. 10. <sup>4</sup> [1526.] jan. 12.